PA
6386
.A2
1854



Class _____

Book _____

Florus, Lucius Annaeus

IVLI FLORI

EPITOMAE

DE TITO LIVIO

BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC

LIBRI DVO.

RECOGNOVIT

CAROLVS HALM.

LIPSIAE
SVMPTIBVS ET TYPIS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLIV.

Printed in Germany

PA6386
.A2
1854

405984
★ '31

PRAEFATIO.

Florum ab Ottone Iahnio ope codicis Bambergensis ita emendatum accepimus, ut quasi novus scriptor videatur. Eius recensionem cum recognoscerem optimum codicem ipsum ad manus habens, diligentissime illum quidem collatum inveni, ut perpauca nova eaque fere in rasuris latentia eruere possem, sed, ut sunt opera humana imperfecta, rem detexi, qua princeps huius scriptoris editio hoc nomine vere digna aliquam labem traxit. Nam cum Iahnius ad editionem Seebodii, qui novis lectionibus codicis Bambergensis praestantissimis neglectis in verborum contextum non admiserat nisi paucas emendationes leviores, codicem contulisset, sed exemplum editionis Bipontinae a se correctum librario tradidisset, nescio quo pacto accidit ut aliquot bonae lectiones a Seebodio primo ex Bambergensi receptae in transcribendo praetermitterentur. Has ego, ut par erat, reduxi et quanta potui cura id egi ut tandem Florus ad fidem codicis in paucis egregii diligentissime exigeretur. Praeterea trium codicum Iordanis, quos ipse excusseram (v. Iahnii praef. p. VII) lectiones perlustrans nonnullas bonas inveni, quas Iahnius nondum in lucem protraxerat. In hoc iterato cum Floro Bambergensi et cum Iordanis codicibus commercio fieri non potuit ut non aliquot locos ex ingenio corrigerem, quorum emendatio mihi nondum successerat, cum Iahnio spicas a me sublectas impertivi, sed quod etiam plura emendare licuit, id acceptum refero doctis amicis, *Bezzenbergero*, *Mommsenio*, *Spengelio*, *Woelfflino*, *Ed. Wurmio*, qui suas coniecturas de compluribus locis desperatis mecum communicaverunt. In adnotatione autem critica subiecta omnes locos indicavi, in quibus mea recensio ab Iahniana discrepat, qua in re his notis usus sum:

B = codex Bambergensis Flori.
N = codex Nazarianus Flori.
I = codices Iordanis (v. Iahnii praef. p. VI sqq.)
Ib = codex Bambergensis historiae miscellae, quae excerpta ex Floro continet. Haec incipiunt a verbis *itaque hunc*

diem p. 13, 15 huius editionis, desinunt p. 34, 9 post *puduit.*

Ie = fragmentum Iordanis in codice Emmerano sive Ratisbonensi, quod desinit p. 11, 17.

Ip = codex Pollingensis Iordanis.

O = Iahnius.

H = Halmius.

Pag. 3, 22 scripsi: *quattuor gradibus Romae* [*aetas distincta videbitur. prima aetas*] *sub regibus fuit* etc. Verba inclusa desunt in B, in quo probabile est lacunam sic exortam esse, ut librarius ab altero *aetas* ad alterum quod sequebatur aberraret mediaque praetermitteret. Lacunam utcumque explere conatus sum, ut locus saltem sine mora legi posset. In codd. autem deterioribus abiecto voc. *Romae*, quod Iahnius a cod. B bene servatum non debebat abicere, foeda interpolatio propagata est. Paulo post v. 23, 26 et 30 numeros in codd. traditos, quamquam falsos esse rerum historia convincit, restituendos putavi, veritus ne correctionibus editorum admissis scriptorem ipsum corrigerem. Accedit quod una mutatio, quae facta est, etiam falsa est; nam qui pag. 3, 26 nominantur consules sunt Appius Claudius Pulcher et Q. Fulvius Flaccus III (cf. p. 32, 26 sq.), qui consulatum gesserunt a. 212 a. Chr. n.; conficiuntur igitur anni fere trecenti, non CCD, ut editores sibi corrigendum putaverunt. — 4, 24 *cuius dum angustias Remus increpat saltu, dubium an iussu fratris occisus est* O: *cuius dum angustias Remus increpat saltu transiluit dubium* etc. BI; *cuius dum inridet angustias R. idque increpat dubium* etc. N. Admisi Iahnii emendationem, quamquam ipse in eam potius sententiam inclino ut *saltu* inducendum et totus locus sic scribendus sit: *cuius dum angustias R. increpat, transiluit et, dubium an iussu fratris, occisus est.* — 5, 22 *cui rei mox* Ie — 6, 3 *artemque bellandi* IN: *artemque debellandi* BO. — 6, 4 paenitet non scripsisse *exercitata iuventute*, ut est in Ie; nam habet B *exercitate iuventute*, syllaba extrema participii terminationi sequentis substantivi assimilata; Iahnius ex Ih et N dedit *exercita iuventute.* — 6, 18 *parricidium* Ie: *parricidam* O cum codd. rell. Firmatur emendatio a me recepta scriptura codicis B, qui ita habet *parricidam*, ut littera *i* ante *am* erasa sit. Ne quis in verbis sequentibus, quae Iahnius ex BI emendavit, cum N malit *facinus intra gloriam fuit*, moneo hanc esse scriptoris sententiam: gloria plus valebat quam facinus, quod leges ut nefas cita-

verant; cf. p. 98, 7 *nam pulchritudo infra pudicitiam principis fuit.* — 7, 16 *eminet sumpta sunt* I: *eminet adsumpta sunt* O secundum B, qui habet *eminet easumpta sunt;* sed vereor ne *ea* nihil sit nisi prava repetitio syllabae antecedentis. — 8, 2 *Latii* (vel *Lati*) *oppida* H: *Latio oppida* I, *oppida Latio* B, *oppida in Latio* N; *oppida Latii* O cum Hauptio. Etiam p. 83, 35, ubi a B *castella* abest, *alia Thessaliae castella* scribendum videtur. — 8, 11 *mira res dicitur extitisse: restitere* BI: *mira res dictu! restitere* NO. Nihil causae videtur, cur lectio insignis in BI pro glossemate habeatur. — 8, 15 *caput est repertum* Iep — 8, 18 *donec aberat libido* IhpN: *donec aderat libido* BIeO. Lectionem a me reductam *tam diu* quod praecedit videtur flagitare. — 9, 13 *ut consulere civibus suis se debere meminissent* H: *se* om. BI; post *consulere* est in NO. — 10, 9 *illa Romani nominis prodigia: illa in R. n. prodigia* B, unde O: *illa ni R. n. prod.; illa romana prodigia* N. Non sum ausus ingeniosam Iahnii coniecturam recipere; nam et *ni* nescio quid quaesiti habet, et potest in illo *in* aliud latere, velut: *illa inmania Romani n. prodigia.* — 11, 2 *proelii fuit* B: *fuit proelii* NO. — 11, 26 *Manili* BO: *manlii* I, *marci mamili* N; immo *Minucii;* v. Liv. III, 25 sqq. — 11, 30 *pecudum more* Ie — 12, 4 *sic scelerato signata nomine* H: *it scel. signat nomine* B, *et scel. signata nomine* N, *id scel. signat nomine* O. — 12, 8 *sponte se dediderunt* B: *se sponte dediderunt* NO. — 12, 9 scripsit Iahnius: '*Falisci cum obsiderentur, mira eis visa* (*est visa* B, *visa est* N) *fides imperatoris, nec inmerito, quod ludi magistrum* — — *sibi ultro remisisset*': cum recte intellexisset Floro dicendum fuisse non aliis, sed Faliscis fidem miram visam esse, ut apparet ex verbis *quod* — — *sibi remisisset.* Ego tamen malui *eis* ante *est* addere quam sic ex *est* immutare. — 12, 19 *tum primum: tunc primum* N, *tum primo* BO. Cum persaepe *ũ* et *o* in B confusa sint, a me impetrare non potui ut *primo* contra usum sermonis Latini reciperem. *primo* pro *primum* B etiam habet p. 70, 13. 75, 31, et N p. 34, 23. — Paulo post (v. 21) scripsi cum Iahnio: '*adactus miles sua sponte iure iurando ne nisi capta urbe remearet. spolia de Larte Tolumnio rege* (excidit *rege* in Iahnii edit.) *ad Feretrium triumpho reportata.*' Sed cum B sic habeat: '*adactus miles sua sponte iure iurando ne nisi capta urbe remearet. spolia de larte tolumnio rege afferret. triumphum reportaret.*' haud scio an haec ipsa scriptura recipienda fuerit; nam iam recte Dukerus monuerat: 'Perizonius in Animadv: Hist. c. VII multis disputat, Cossum retulisse spo-

lia opima a. u. 317., cum tribunus mil. in legione esset. Sed sive tum sive magister equitum sive consul ea retulit Cossus, Florus non caret reprehensione, qui turbata ratione temporis narrationi de obsidione Veiorum interponat, quod minimum XX annis ante eam inchoatam gestum fuerat.' Quodsi Florus tanto opere erravit, potuit illum quoque errorem in se admittere, ut militem iurantem faceret se spolia de rege relaturum esse. — 13, 17 *adpropinquabant* IN: *propinquabant* BO. — 13, 35 *templum* BI (saltem lep): *templum eius* NO. — 14, 4 *adlocuti* Lipsius: *alioquin* codd. et O. — 15, 5 *Romanam urbem* BIN: *Romam urbem* O. Sic item p. 73, 20 ex BN restitui *de invadenda urbe Romana*, cum rarior locutio (v. Ampelium c. 20 *in urbe Romana*) potius notanda quam corrigenda sit. Scripsit tamen Florus p. 54, 9 *urbem Romam*, ut optimi scriptores dicere solent. — 15, 14 *plus esse in imperio* B: *plus in imperio esse* NO. — 16, 5 *amici* BO: *amicti* N fort. recte — 16, 12 *ornatam* Ib et Heinsius: *armatam* BN. — 17, 1 *sic tamen quoque* BI: *tamen sic quoque* N, *sic quoque* O, ut est p. 25, 37. 91, 35. 96, 16. Cum tamen eadem locutio etiam p. 104, 9 libris tradita sit, religioni fuit ab eorum auctoritate bis decedere. Nec dissimilis est illa abundantia p. 26, 13: *et tamen cum Punicae praedae omnibus promunturiis insulisque fluitarent, populus Romanus et sic triumphavit.* — 17, 20 *sollemnemque familiae suae consecrationem* — — *peregit* B: *sollemnemque fam. suae consecrationem* — — *redegit* NO. Lectio codicis B mihi quidem insignis vulgatae emendatio videtur. — 17, 26 *cum iis* B pr. m.: *cum his* B corr. et O, *cum istis* N. Latet forma *iis* etiam in mendo *curis*, quod est in Ip. — 17, 32 *mirabilis situ* NO: *mirabili situ* B fort. rectius. — 18, 13 *Ferentaneae turmae* BN: *Ferentanae turmae* O. — 18, 28 *pugna fuit Arusinis quos vocant campis* Mommsenius: *pugna sybarusinis* (*subharosin his* I) *q. v. campis* BI, *pugna sub Arusinis q. v. campis* NO. Cf. Iahnii praef. p. XXXI et v. Frontini Strateg. IV, 12, 14: *victo eo* (Pyrrho) *in campis Arusinis circa urbem Beneventum.* Ne quis *in* requirat, confero p. 14, 37 *iterum Pomptino agro* — — *tulit spolia.* p. 9, 25. 26, 13. 55, 25. 85, 4. — 19, 18 *eorum* B: *eorum qui superfuerunt* NO. Foedum glossema iam Seebodius expulerat. — 19, 19 *Pyrrhus idem 'o me' inquit* Seebodius: *P. idem omne inquit* BN, *Pyrrhus 'video me' inquit* O et priores. — 19, 26 *qui porro* N: *quid porro* BO; at cf. v. 22 *qui ille senatus fuit.* — 19, 31 intactam reliqui lectionem codicis B: *quis ergo miretur his moribus* (i. e. cum hi essent mores) *ea* (i. e. tanta vel tali) *virtute mi-*

litum exercitum populi Romani fuisse? Ego quidem non video, quid in hac dicendi ratione '*exercitum populi R. ea virtute militum fuisse*' recte reprehendi possit. Lectio, quam habet Iahnius '*quis ergo miretur eis moribus, ea virtute militum victorem populum R. fuisse?*' ex interpolatione orta est. — 20, 14 *ita* ante *timuerat* praeter B etiam abest ab Iep (et h?) et vox adiecticia videtur. — 20, 25 *in hoc certamine* B: *et in hoc certamine* NO. — 21, 4 restitui veterem vulgatam *ita quae* pro *itaque* (BNO) et posterius *adhuc* in solo B servatum inclusi. Prorsus tamen abicere nolui, cum similis neglegentia orationis etiam p. 19, 20 in repetito *quasi* compareat: *cui quasi ab angue Lernaeo tot caesa hostium capita quasi de sanguine suo renascuntur.* — 21, 17 *sed hic melior* (scil. quam Coriolanus) N: *sed haec melior* B, *sed humilior* O ex coni. Mommsenii. — 21, 22 reliqui lectionem vulgatam '*prima discordia ob inpotentiam feneratorum*'; quamquam, cum B habeat *ob inpotentia*, admodum propensus eram *ab inpotentia* scil. *exorta est* emendare. — 22, 13 addidit Iahnius ex mea emendatione *qua* ante *quodam;* quam cum amicus meus ita refingere vellet, ut potius *quae* addendum censeret, moneo verborum *iniuriam non tulit* subiectum esse non *soror*, sed *Stolo.* — 22, 25 ubi codd. mance habent '*largitione Cassium agraria lege suspectum regiae dominationis praesenti morte multavit* scripsi ex incerta coniectura: *Cassium agraria lege*, *Maelium largitione suspectum* etc., cum noluerim in tali editione lacunam in aperta sententia relinquere. Contra p. 23, 4 ex certa emendatione mihi scripsisse videor: *tum ille vere robustus et iuvenis par orbi terrarum esse coepit.* Vulgo scribitur: *tum ille v. robustus et iuvenis et par* etc. Sed cum in B *et* ante *iuvenis* desit, copula, quae hic necessaria, ante *par* vitiosa est, locum suum videtur mutasse. Nam qui sententiarum nexum recte perpenderit, intelleget, opinor, adiectivum *par* solum esse praedicatum nominis *ille*, contra *robustus et iuvenis* eius attributa quae vocantur. — 23, 15 *abscissam* H: *abscisam* BNO. — 23, 28 *dimicaretur* B: *dimicaret* NO. — 24, 18 posui post *oppressus* comma; ne quis *oppressus fuit*, quae vitiosa esset syntaxis (cf. Madvigii Opusc. Acad. II, p. 218 sqq.), coniungat. — 24, 38 nomen *Nautii* firmat Ib, in quo est *naucio.* — 25, 13 *cecidisset* Ip: *cepisset* BNIbh (sed B *coepisset*). — 25, 15 *ipsam caput belli Carthaginem* BN (sed B *ipsa*): *ipsam* (*ipsum* Ip) *belli caput C.* IO. Lectio *ipsam*, cuius loco facile quis malit *ipsum*, firmatur loco simillimo p. 16, 8 *et ipsa caput urbium Capua*, quem locum aptius cum hoc con-

feras quam p. 62, 7: *ipsa capita belli adgressus urbes* etc. — 25, 21 *foeda clade* O: *f. clades* BIN. Nunc tamen video *clades* retinendum et locum, id quod monuit Woelfflinus, sic interpungendum esse: *vincimur. foeda clades Romanisque usu incognita! vivus in manus hostium venit* etc. Cf. etiam p. 26, 10. — 25, 26 Cum cod. B habeat *nec ** commutatio*, duabus litteris post *nec* erasis, haud scio an Florus *neve comm.* scripserit. Paulo post, ubi BI habent *ne amplius*, N *ut ne amplius*, nunc video lectionem *ut nec amplius* restituendam esse; cf. infra ad p. 68, 32. — 26, 1 *Appio*] immo *Publio* — 26, 2 *ab his* BO: *ibi* IN, quam lectionem nunc praefero. — 26, 4 *ab iis* Ib: *ab his* BNO. — 26, 5 *classem iam in Africo mari aput Aegimurum hostium* BI; *classem hostium in Africo mari apud Aegimurum iam* N; *cl. hostium in A. mari aput Aegimurum insulam* O ex coni. Hauptii. In scriptura *hostium* nihil aliud latere nisi *ostium* vidit Mommsenius, ut est in B *hostium* pro *ostium* pag. 59, 25 (item in N h. l.) et p. 87, 18, *hostia* pro *Ostia* p. 75, 6 et similia alia aspirationis exempla; v. Iahnii praef. p. XXXII. De re autem cf. Liv. XXX, 24: *onerariae pars maxima ad Aegimurum* (*insula ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est, triginta fere milia ab urbe*), *aliae adversus urbem ipsam ad Calidas Aquas delatae sunt.* In eodem versu *consule* a BI abesse Iahnius recte ille quidem tradidit, sed est in B post *Buteone* rasura, in qua litterae *cs* videntur latere. Paulo post veram lectionem *quantusque* codd. Iordanis recte servarunt. — 26, 37 *rubiginem* B: *robigenem* NO. — 27, 4 *Liguras* B: *Ligures* NO. cf. *Samnitas* p. 15, 30 et 16, 10; *Macedonas* p. 35, 33. 40, 1. 52, 23; *Thracas* 38, 20; *Teutonas* 50, 33; *Caledonas* 61, 27; *Biturigas Carnutas* 61, 34; *Senonas* 74, 24; *Cilicas* 93, 34; *Autrigonas* 103, 12; *myoparonas* 57, 1. — 27, 18 *umente: humente* BIp; *umenti* NO. — 27, 19 *cum vix caluere* Bezzenbergerus et Mommsenius: *cum mox caluere* I; *quam* (*quae* N) *mox cal.* BNO. — 27, 20 *leui*] syllaba *ui* in B est in rasura, ut fort. *leni* scribendum sit. — 27, 20 *saepe et alias et* Ip: *saepe et alias sed* BN, item O, sed hic lacuna ex Hauptii sententia post *alias* significata. Lectio a nobis recepta vera videtur; nam affert deinde Florus tria vota a Gallis diversis temporibus facta, quae cum omnia ad idem spectarent, pariter secus cesserant. — 28, 2 *imperavit*, quod O ex B restituit, legitur etiam in Ibp. — 28, 17 *exceptam Annibal*] in B hic est scissura, qua desiderantur litterae *m anni*, quod monendum putavi, ne codici optimo hic sua fides derogetur. — 28, 23 *Saguntini*

addidi ex Iahnii coni. — 29, 18 *Trasumennus: thrasymennus* N, *thrasymenus* B, *Trasimenus* O. Cf. Ritschelium in Mus. Rhen. novo VII, p. 565 et Heerwagenium ad Liv. XXII, 4, 1. — 29, 19 *ars nova* codd.: *pars nova* O. — 29, 35 post *eurus* est in B rasura itemque syllaba *rus* in rasura m. sec. scripta est, ut suspicere participium post *eurus*, velut *flans*, intercidisse. — 30, 16 *mox et ipsius et exercitus ardor* Dukerus: *mox et ipse et ipsius exerc. a.* BO; *mox et ipse et exerc. a.* N. Cf. Iahnii praef. p. XXIIII. — 30, 35 *revivescentis* B: *reviviscentis* NO. — 31, 5 *reppulit in Camp. suam* H: pro *reppulit* habent BIbhO *perpulit*, IpN *pepulit*. De commutatis syllabis *per* et *re* cf. p. 100, 15, ubi N habet *repulit*, B *perpulit* ex *reppulit;* p. 17, 21 est in B recte *peregit*, in N *redegit;* p. 77, 9 in B *perrexit* pro *respexit;* v. etiam ad p. 47, 4. De sententia autem cf. p. 53, 2 *Didius vagos* — — *intra suam reppulit Thraciam* et p. 60, 3 *bellicosissimam gentem in sedes suas reduxit.* — 31, 8 *pro pudor* H: *pudor* B, *o pudor* IN, *populus Rom* O ex sua coni. Vestigia lectionis *pro pudor*, ut item dixit Florus p. 11, 17, mihi visus sum reperisse in scriptura codicis Ib, qui habet *tumor pudoris* pro *tum pudor;* nunc tamen mallem ipsam lectionem codicis B recepissem, propterea quod Florus in his formulis exclamationis sibi minime constat; sic est *pro dedecus* p. 48, 28, *pro facinus* p. 74, 2, *pro nefas* p. 75, 1 et 81, 9; contra *facinus indignum!* p. 76, 29, *nefas!* p. 47, 1 et 30, p. 84, 13; *o nefas* p. 78, 26. De sententia autem cf. p. 74, 38 sq. — 31, 15 *mediaque de Italia Africam faceret* acute coniecit Ed. Wurmius. — 31, 34 *cum iam evasisset in turrem* H: *cum uim ev. in turrem* BO, *iam* om. N. — 32, 11 *ne in conspectum suum quidem* BIp: *ne in consp. quidem suum* NO. — 32, 19 *Tarentum* B Ibp: *Tarentus* Ih (?) NO. Praeter hunc locum nominativus huius nominis semel apud Florum legitur p. 17, 29, ubi B *Tarentus*, N *Tarentos* habet. — 32, 20 *sedes domus et patria* BI: *sedes et domus et patria* N; *domus* delevit O. De copula *et* (*atque*) in tertio membro posita cf. p. 29, 38. 54, 3. 55, 18. 62, 23. 63, 27. 69, 8. 84, 8. 88, 37. 90, 19. 98, 27. — 33, 11 *Nero in ultimum Italiae angulum summoverat Annibalem* H: *N. in ultimo* (*ultimũ* Ib) *It. angulo summoverat A.* BI; *N. in ultimo I. angulo summovebat A.* O secundum N. Plusquamperfectum retinendum esse, quo retento coniectura mea fere necessaria est, apparet ex membro contrario: *Livius* — — *signa converterat.* Cf. etiam p. 32, 34. — 33, 14 *omni qua longissima est Italia solo interiacente* Ibp (et haud dubie etiam h): *est* om. NO; *omni qua lon-*

gissimum fuit Italiae s. interi. B. Cf. p. 56, 21 *totam qua latissima est Asiam pervagatus*, p. 51, 20 etc. Paulo post v. 17 verba *neque id fieri Annibal senserit*, quae salva sententia abesse poterant, B in margine habet, sed videntur a prima manu suppleta. — 33, 31 *utriusque classis castra* BI: *utriusque castra* NO. Videtur *classis* idem, quod est *exercitus*, significare. — 34, 25 *velut* BIp: *veluti* NO. — 34, 37 *et ipsa* NO: *ad ipsa* B (ante *ad* vocabulo eraso); *et ad ipsa* I; *id est ipsa* Freinshemius. — 35, 6 *et* (i. e. *etiam*) *Lacedaemona* B: *et* om. NO. Ab ingenio Flori non videtur abhorrere addito *et* Lacedaemona praeter reliquas urbes extulisse. — 35, 37 *imperator Annibal* Hauptius: *miser Annibal* BNO. Cf. Iahnii praef. p. XXVII. — 36, 14 *aliquo* B, littera *d* post *o* superscripta. — 36, 25 *ne sibi placeant Athenae, in Antiocho vicimus Xerxen* interpunxi; O post *Athenae* cum Seebodio exclamandi signum posuit. — 36, 27 *Alcibiadem* B: *Alcibiaden* NO. — 36, 37 *haec omnia* B: *haec* om. NO. — 37, 13 *omnisque late Cephallenia, Zacynthos* — — *belli accessio fuerunt* Freinshemius. — 37, 31 *at certe negatus* O: *hac perte negatum* B (corr. in *aperte negatus*), *certe negatus* N. Equidem malim: *dubium est; certe negatus* etc. — 38, 10 *stuprum passa* IN: *passa* om. B, unde O *stuprata*, lectione Iordanis neglecta. — 38, 12 *ad maritum* BI: *ad maritum suum* NO. — 38, 20 *in res suas* O in adnot.: *in uires suas* BN. — 39, 4 *celebri religione* BN: *delubri religione* O ex coni. Tollii. At nulla causa videtur, cur lectio codd. immutetur. Ait Florus: Perses victus fugit in maria insulamque Samothracen fretus celebri religione insulae, quae ἱερὰ νῆσος appellata (v. Diod. III, 55) sancta habebatur. Accedit quod paulo post Florus scripsit: *ab illo quo confugerat templo*, non *delubro*. — 39, 9 fort. *nomenque in epistola notaret suum* — 39, 11 *in tribunal recepit* H: *in tribunali rec.* BO; *in templum rec.* N. — 39, 32 *Scodram*] *scoridam* B rasura ex *scoriadam* — 40, 7 *Philippus Persae filius* B: *philippus ex similitudine philippi pseudofilippus* N; *ex similitudine Philippi Persae filii Pseudophilippus* O. — 40, 12 *invalidus, quique non a veris regibus, ab illo imaginario et s. rege superatus est* H secundum Mommsenium (qui proposuit: *regibus, est ab illo* — — *superatus*): *invalidusque* (*invictusque* N) *non a* (*a* om. B) *veris regibus sed ab illo imag. et s. rege superatus est* (*est* om. N) BN; *invalidus, atque non a v. regibus, sed ab illo* — — *sup. est* O. — 40, 14 *consul Metellus* B: *consule Metello* NO. — 41, 35 *quo* (scil. duce) *minus credas* B: *quod minus credas* NO. — 42, 9 et 34 *Corinthus* B:

Corinthos NO. — 42, 16 *Macedoniae statum* H: *Macedoniae* BN; *Macedoniam* O et vulgo. — 42, 18 *Elidos* B: *Elidis* NO. — 42, 22 *intervenit* Ed. Woelfflinus: *invenit* B, *venit* NO. — 42, 28 *Corinthii*] *corinthi* B cum rasura post *hi;* videtur *corinthici* fuisse. — 42, 36 *clarissimarum* Freinshemius: *clarissima* BNO. — 43, 1 *scintillae* Woelfflinus secundum Iahnium, qui ingeniose *favillae* coniecerat: *ille* BN. — 43, 15 *contagium ac series: contagium ad series* B, *contagio et series* N, *contagium serpens* O ex Mommsenii coni. — 44, 1 *ille Scipio* B: *Scipio ille* NO. — 44, 3 *Celticos* BN: *Celtiberos* Salmasius ex cod. Palatino. Reliqui lectionem vulgatam ob locos Strabonis III, 1, 6 p. 139; III, 2, 2 p. 141; III, 2, 15 p. 151; III, 3, 5 p. 153, quamquam lectio Palatini aliqua ex parte firmatur scriptura in cod. B, qui sec. manu recentiore *celticos* correctum habet; prius scriptum fuisse videtur *celicos* aut *celiros* — 44, 13 *audaciae* B: *astutus et audacia* N, *astutiae* O. — 44, 23 *castra etiam praetorum et praesidia adgressus* H: *castra etiam praetorum* (*praetoriorum* N) *praesidium adgr.* BN. Nec tamen ita certa est emendatio a me proposita, cum *et* post *praetorum* etiam a B absit, quod Iahnius afferre omisit. Potest enim *praesidium* (i. e. *praesidum*) etiam glossema voc. *praetorum* esse. — 44, 25 et 45, 20 *internicionem: internitionem* B, *internecionem* NO. — 45, 1 *Durium* edd. veteres: om. codd. et O. — 45, 3 *saevius aliquando perculit* Lipsius: *s. aliquanto perculit* BNO. — 45, 16 *hunc quoque* delendum censet Iahnius; probabilius est quod Mommsenio in mentem venit, participium, ut *adorti*, intercidisse. — 45, 17 *ita* N: om. BO. — 45, 28 *et iniustis* BN: *et inuisis* susp. Mommsenius. — 45, 34 *quodque* — — *videret*] cf. Iahnii praef. p. XIX. — 46, 14 *subiecto* Mommsenio glossa videtur. — 46, 15 *macte esse fortissimam* BN: *macte este! fort.* O ex coni. Hauptii; ego *esse* Mommsenio auctore uncinis circumclusi. — 46, 21 *de pauperrimis* B: *de pauperibus* NO. — 46, 25 *ita magis turbida et foeda, velut crescentibus* Bezzenbergus. — 46, 32 *quippe quibus cum Iugurthinis* — — *miscuerit* (scil. populus Rom.) H: *quippe qui* (scil. anni) *Iugurthinis* — — *miscuerint* NO, *quippe qui iugurthinis* — — *miscuerit* B, sed est post *quippe* vocabulum quinque sexve litterarum erasum, cuius primae litterae *qu* et extrema *s* etiam nunc conspicuae sunt; quod sequitur post rasuram voc. *qui*, ipsum quoque in loco eraso et manu secunda scriptum est. Paulo post auctore Mommsenio post *bellis* signum lacunae posui, cum ex loco, quem *bellis* obtinet, probabile sit sen-

tentiam relativam, velut '*quibus arma per orbem terrarum circumtulit*', hic intercidisse. — 47, 4 *separatim referentur* H: *sep. perferentur* BN, *sep. proferentur* O et vulgo. Syllaba *tim* in B in rasura maiore scripta est. De confusis syllabis *per* et *re* cf. ad p. 31, 5. — 47, 24 *Crassi*] *cassi* B (non *cuassi*). — 48, 37 *frustra adivit* O: *frustra diuoluit* B, *frustra diu uoluit* N. Equidem hic quoque aliquid excidisse suspicatus scribere malim: *frustra diripere voluit;* cf. quae sequuntur de Thala re vera direpta. — 48, 38 *armis thensaurisque regiis* H: *a. t. regis* BNO. Cf. p. 47, 16 *in bonis regiis;* 62, 34 *regiis inhians ille thensauris* etc. — 48, 38 *diripuit* B: *disrupuit* N, fort. recte; v. Fleckeisenum in Ann. nov. philol. et paedag. Vol. LXVI, p. 328. — 49, 7 *Capsam, in media Africa siti anguibus harenisque vallatam* B: pro *siti* est in N *sitam;* ego malim *situ;* nam *siti harenisque* tautologum videtur. — 49, 32 *Arverni* edd. veteres: *Arveni* BO, *Arvenni* N. Cf. Plin. Nat. Hist. VII, 50, §. 166. — 50, 1 *Vituitus* BO: *bisuisus* N, quae lectio suadet ut *Bituitus* restituatur. — 50, 33 *Teutonas* BN (ex nominativo *Teutones;* v. supra ad p. 27, 4): *Teutonos* O. — 51, 10 *Teutobodus* scripsi ex Orosio V, 16 et Eutropio V, 1: *teuto uocatus* B, *teutobocus* N. Illud recepi ut propius accedens ad lectionem codicis B, quam quod vulgo in Floro nulla librorum auctoritate editur *Teutobocchus*. Potest tamen *teutouocatus* etiam corruptum esse ex *Teutobocus*, ut est in N. In Orosio lectio librorum admodum fluctuat; cod. Monac. habet *Theudolus*, S. Gallensis *Theodulus*. — 51, 24 *venere ipsi — nam metus in barbaris nulla vestigia — et diem pugnae a nostro imperatore petierunt*] sic incerta emendatione scripsi, ut legentium commodo subveniretur; in B verba *venere* usque ad *vestigia et* omissa sunt; N habet: *venere illi quam et in barbaris multa vestigia diem — — petierunt.* — 51, 25 *et sic* BN: *et hic* Perizonius. — 52, 1 verba *nam cum missa ad Marium legatione libertatem ac sacerdotium non inpetrassent* intacta reliqui, quamquam graviter corrupta existimo. Mommsenius, quem de loco consului, acute suspicatur: *nam cum missa ad Marium legatione libertatem magistratus* (ex *mag.*) *ac sacerdotium* (i. e. sacerdotes) *non inpetrassent* etc. — 52, 6 B habet *plaustrorumqependerunt*, littera *q* eadem manu in *p* mutata. — 52, 17 verba *quod — — solet*, quae codd. post *interesset* (v. 20) habent, cum Iahnio transposui; post *victoriae Cimbricae* probabile est participium, velut *subclamans*, intercidisse. — 52, 35 *silvarum et montium situs cum ingenio consentiebant* vulgo legitur, sed erunt qui

consentiebat praeferant, ut scriptum est in B, sed ita ut littera *n* eadem manu super lineam addita sit. — 54, 10 *parique violentia ruentem ulterius hostem quadam quasi manu reppulit*] pro *quadam* scripsit Iahnius ex coni. Hauptii *eadem;* equidem explico: quasi ictu quodam gladiatorio reppulit; videtur enim locutio proverbialis (ut item est p. 84, 30 *quasi una manu*), ex armorum certamine desumpta, cf. inpr. Quintil. Instit. orat. VIIII, 1, 20: *Namque ut in armorum certamine adversos ictus et rectas ac simplices manus cum videre, tum etiam cavere ac propulsare facile est, aversaeque tectaeque minus sunt observabiles* etc. — 54, 24 *a rege* N: *et rege* B; *ex rege* suspicatur Woelfflinus. — 54, 30 *revivescunt* BN: *reviviscunt* O. — 55, 24 *Euphratem* B: *Euphraten* NO. — 55, 27 *quippe quasi commilitans cum dea* H: *dea* om. N; *quippe comm. cum quasi dea* B; *quippe comm. quasi dea cum* O. — 56, 9 *obsides* O: *et obsides* BN, fort. recte, si statuas aliquid ante *et* desiderari. — 56, 16 *illud*] *illũ* B. — 56, 22 *imperii habebat* B: *habebat imperii* NO. — 57, 2 *turbaret* codices: *turbat et* O ex sua coni. — 57, 4 *Phaselim* B: *Phaselin* NO. — 57, 20 *Atilius* I. Fr. Gronovius (sed addito praenomine *P.*): *Gratillus* BO, *gratillius* N. Cf. Appiani Mithrid. c. 95. — 57, 21 *Pomponius* Dukerus: *Pompeius* BNO. — 57, 23 *Libycum Lentulus Marcellinus* Mommsenius, quo auctore et haec correxi et quae sequuntur meliore verborum distinctione ordinavi. O cum vulgata habet: *Lentulus Libycum, Marcellilinus Aegyptium, Pompei iuvenes Hadriaticum; Varro Terentius Aegaeum; et Ponticum et Pamphylium Metellus, Asiaticum Caepio* etc. De Lentulo Marcelliño v. App. l. c., de Terentio Varrone eũndem et quae ipse de imperio suo tradidit in l. de re rust. II praef. — 57, 27 *quasi porta* Lipsius: *quasi portam* BNO; *sic obditis navibus quasi porta* idem est quod *navibus ut porta obditis*, quam locutionem Florus in deliciis habuit; v. p. 26, 21 *Romana classis* — — *sic remis quasi habenis agebatur;* 56, 30 *sic maria bello quasi tempestate praecluserant.* p. 60, 4 *gentem sic in sedes suas quasi greges in stabulum pastor reduxit.* p. 61, 11 *cum Rhenum suum sic ponte quasi iugo captum viderent.* add. p. 75, 36. 92, 7. — 58, 10 *Creticum bellum, si vera volumus, nos fecimus; sola enim vincendi nobilem insulam cupiditas fecit*] *enim* om. codd.; Iahnius *nos fecimus* uncinis circumdedit, duas diversas lectiones confusas esse ratus; cf. eius praefat. p. XXIIII. — 58, 26 *Antonium*] immo *Octavium*, nisi est error Flori ipsius. Habet deinde B *in aliam*, non *in alim*, ut est apud O operarum errore. —

60, 31 *quae erat Ariovisti* O: *quaetariouisti* B, *erat* om. N, *quanta Ariovisti* suspicatur Woelfflinus fort. rectius; cf. p. 55, 26. 75, 35. 89, 21. 95, 14. — 61, 10 *maior* B: *set maior* N, *tum maior* suspicatur O. — 61, 17 *Britanniam transit* B: ne quis *in Britanniam*, ut est in N, requirat, cf. p. 56, 11: *Libanum Syriae Damascumque transgressus.* — 61, 28 *Casuella* B: *cauelianis* N, *Cassivelani* O ex Freinshemii coni., quam cum veram habere nequeam, locum ut est corruptus reliqui. — 62, 1 *et hieme creverant Alpes*] fort. *concreverant*, nisi lectio librorum eo fulcitur quod Florus p. 51, 13 dixit: *per hiemem, quae altius Alpes levat.* — 62, 9 *sustulit* Iahnio auctore uncinis circumclusi; cf. eius praef. p. XVIIII. — 62, 29 *Ateius* Freinshemius: *Metellus* BNO. — 62, 32 *Orode* N: *Herode* BO. — 62, 34 *meminisset set* O in adnot.: *set* om. BN, sed B sic habet: *meminis set* — 63, 17 *vix cladis tantae nuntium* Ip. — 63, 11 *hostium in manus* H: *in* om. BO, ante *hostium* habet N. Cf. p. 49, 17 *Sullae in manum traditur.* — 63, 24 *illa tertia aetas* NO: *tertia* om. B; haud scio an fuerit *tertia illa aetas*, ut est p. 75, 25 *tertius ille turbo.* — 66, 8 de verbis *ne populus* — — *ageret* v. Iahnii praef. p. XXIIII sq. — 67, 18 *obvia nobilitas manu eorum, quos agris moverat, cedere a foro coegit* H: *obvia nobilitas manu eorum, quos agris moverat. caedes a foro coepit* BO. Caedem in Capitolio demum initium cepisse etiam Aurelius Victor testatur de Vir. illustr. c. 64: *deinde cum prorogare sibi potestatem vellet, adversis auspiciis in publicum processit statimque Capitolium petiit* etc. De voc. *obvia* autem, quod est idem quod *obviam profecta* vel *progressa*, v. p. 67, 11 et 33; p. 79, 21. Ceterum possis etiam *caedes a foro* mutare in *cedere foro*, quod haud scio an praeferendum sit; v. pag. 36, 21 *mari ac terra cedere coëgit* et 36, 30 *toto cesserat mari.* — 67, 22 *atq. ita duce scipione nasica* || *a concitato in arma populo quasi iure oppressus est*] sic locus in B scriptus est, sed praepositione *a* ante *concitato* erasa, quae abest ab editionibus. Videtur lectio primae manus vera esse. — 68, 3 *tantum animorum Marius* O: *tantum uiro marius* B; *tantum viro Marius dabat spei, nobilitati semper inimicus* Mommsenius. In lectione cod. B *uiro* etiam *uirium* latere potest. — 68, 8 fort. *ipse se adoptarat.* — 68, 18 *Memmium* edd. veteres: *meummium* N, *Mummium* BO. — 68, 19 *regem se a satellitibus suis appellatum* H: *regem ex satellitibus* (*exatellitibus* B) *suis app.* BN; *regem ex sat. suis se appell.* O. — 68, 26 *in ipsa* N: *ipsa* BO. — 68, 32 *ut nec* edd. veteres: *ut ne* BNO. Cf. de *nec* = *ne* — *quidem*

p. 15, 26. 23, 19. 36, 24. 48, 36. 56, 24. 57, 3. 68, 32. 78, 25. 80, 1. 84, 19. 92, 26. 96, 7. 99, 32. 100, 23. *ne* pro *nec* in B etiam scriptum est p. 76, 7. 78, 25. 80, 1., contra *nec* pro *ne* p. 93, 25. Locutione *ne* — *quidem* Florus raro usus est, ut p. 45, 17. 80, 1. — 69, 6 *unde et natalium Druso aemulatio accesserat* B: *unde et nataliuio druso aemulatio accesserat* N; *una natalium a Druso aemulatio facessierat* O ex coni. Hauptii; *unde et nata aemulatio* Mommsenius; equidem malim: *unde et nata Livio Druso aemulatio* — 69, 24 *minus* delendum esse significavi; in loco mendum esse apparet, sed incertum sitne *minus* an *desierunt* inducendum, an, quod Dukerus voluit, *magis* pro *minus* corrigendum. — 69, 25 *desierunt* BN: *destiterunt* O ex Mommsenii coni. — 69, 27 *Bellum, quod adversus socios gestum est, sociale bellum vocetur licet* N: *bellum* — — *gestum est* om. BO; illud restituendum esse Iahnius in praef. p. XXXVI recte vidit. — 70, 8 *et Latinos* corruptum esse cum ipsa orationis forma (nam *et* sic positum vitiosum est) apparet, tum ex rerum gestarum historia, quoniam Latinos a bello sociali abstinuisse compertum est; latet in *et latinos* aliud populi nomen, vel *Vestinos* vel *Paelignos*. Hac coniectura probata Mommsenius bene monuit iam illud quoque incertum esse, utrum supra p. 70, 2 vera sit lectio *omne Latium* an eius loco *omne Samnium* emendandum. — 70, 8 *afrienos* B, *Afranius* NO. Scripsi secundum optimum codicem *Afrienus*, cum nomen viri prorsus incertum sit, sed apparet eundem nominari, qui ab Appiano Bell. civ. I, 47 *Τίτος Λαφρήνιος* vocatur. — 70, 27 *media in urbe per viam* H: *mediam urbem per viam* BN, *mediam per viam* O. Non moveor eo quod *urbs* paulo ante dicta est; cf. p. 19, 20 sq. 71, 5 sq. 72, 37. — 71, 2 *Id qualitercumque* B (scil. feras; cf. p. 71, 4. 72, 20. 73, 37 sq.): *ut cumque* N, *hucusque* O. — 71, 5 *inter initia urbis* N: *in italia urbis* B, *inter initia libertatis* O. — 71, 20 *sulphure* B: *sulpure* NO. — 72, 10 *Titus Aquilius* BO: *Titus* om. N, rectius, ut videtur; nam verum praenomen est *Manius*. — 72, 31 et 76, 11 *milia amplius* B: *amplius milia* NO. Habet tamen etiam B p. 71, 23 *sexaginta amplius milium*, p. 84, 7 *trecenta amplius milia*, p. 95, 23 *viginti amplius milium*. — 72, 35 *vinculis* NO: *ungulis* B, unde haud scio an corrigendum sit: *cingulis* — 72, 37 *inde alia castra, Vareniana, castra deinceps Thorani* B: *Vareniana castra* om. N, *inde Vareniana castra, deinceps Th.* O. Cf. supra ad p. 70, 27. — 73, 6 *ex ferro* H: *et ferro* BNO. — 73, 12 *in honorem* aliquot codd.: *in honore* BNO.

Cf. Iahnii praef. p. XXVI. — 73, 20 *urbe Romana* BN : *urbe Roma* O; cf. supra ad p. 15, 5. — 73, 27 *trabibus* B : *cratibus* NO. — 73, 35 *telum* Freinshemius: *bellum* BNO. — 74, 12 *est* post *supergressum* inducendum esse Iahnius censet. — 74, 20 *urbi agmen* B : *agmen urbi* NO. — 74, 24 *Poenos quoque*, *quae* H: *Poenos quoque* BN, *Poenos quae* O. — 75, 27 *legiones*, *quingentae cohortes* O : *legiones inde quingentae coh.* BN; fort. *legiones*, *undequinquaginta cohortes.* Cf. tamen Plutarchi v. Sullae c. 27. — 75, 29 *ferox* B : *ferus* NO. — 75, 31 *primum* N : *primo* BO; cf. ad p. 12, 19. — 75, 37 *quantum id funerum* B; fort. *quantum fuit funerum* — 75, 38 *penetralibus* O : *penitentibus* B, *patentibus* N. — 76, 22 *laniatum* B: *lancinatum* NO. — 77, 12 *hi copias adtriverant viri, prope tota Hispania persecuti. diu et ancipiti semper acie pugnatum est; nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus est. prima per legatos habita certamina* etc.] sic scripsi in manifesta codicum dittographia, illud etiam dubitans, num colon *diu* — — *pugnatum est* suo loco collocatum an post *extinctus est* transponendum sit: *hi copias adtriuerant uiri diu et ancipiti semper acie pugnatum est. nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus est. copias eius prope tota hispania persequuti diu et uaria semper acie domauerunt. Prima per legatos* etc. B. Ex his verbis Iahnius, quem v. in praef. p. XXV, *hi copias* — — *adtriuerant* et deinde *diu et uaria semper acie* uncinis inclusit. — 78, 23 *distringere incendiis urbem* NO: *destringere i. u.* B, fort. recte, ut sit idem quod *ad solum exurere*, *solo aequare.* — 80, 31 *C. Caesar*] fort. *C.* delendum, ut item nomina Crassi et Pompei praenomine carent. — 81, 4 *morte Iuliae* B: *et morte Iuliae* NO. — 81, 12 *primum* H: *prima* BN, *primo* O. — 81, 31 *nave* B: *navi* NO. *nave* habent codd. p. 86, 29; contra B *navi* p. 94, 16. — 82, 29 *radiaret* O: *radiarent* B (non, ut est in Iahnii adnot., *radiarent*, correctum ex *radiaret*); *radiarentur* N. Equidem malim: *quasi de industria*, *ut prospera eius adversis radiarent*, i. e. exsplendescerent. — 83, 27 *castrorum quae sedecim milium vallo obduxerat*] cum in B sit '*castrorumq. sedecĩ miliũ* (corr. ex *milia*) *uallo* (*o* est in ras.; fuerat quondam *uallũ* aut *ualliũ*) *obduxerant*', vide ne legendum sit: *castrorum quibus sedecim milium vallum obduxerat.* — 83, 28 *quid iis* H: *quid is* B, *quid his* NO. — 83, 34 *sederunt* B: *sedere* NO. — 84, 11 *plausum theatri sui audiens* B: *theatri sui audiens plausum* N, *plausu theatri sui* O ex Mommsenii coni. — 84, 24 *effusius* H: *fisussui* B, *fusus* N, *fisus sibi* O. — 84, 26 *hi*] *illi* B rasura ex *ulli* — 86, 20 *nisi quod*

amplior] v. Iahnii praef. p. XVII. Freinshemius supplevit: *nisi quod amplior hic hostium exercitus, eoque acrior* etc. — 86, 21 *Caesareanorum* B: *Caesarianorum* NO. cf. p. 89, 34, ubi item ex B *Caesareanae potentiae* restituimus. — 86, 36 *regio* NO: *quae regio* B, fort. recte, si ad *fercula 'erant'* suppleas. — 86, 38 *veluti* B: *velut* NO. — 87, 23 *arma et armamenta* H: *arma et armenta* B, *armamenta* NO. — 87, 33 *librare* H: *liberare* B, *deliberare* NO. — 88, 10 *hortari increpare* B: *hortari* O errore operarum. — 88, 26 *phalaricis* Spengelius: *plaustris* B, *pilis* N, *lanceis* O; *balistis* coniecit Bezzenbergerus. — 88, 29 *avia petentem* N: *aviũ tentem* (corr. in *tenentem* manu admodum vetere, sed alia) B, *avia tenentem* O. — 89, 19 *lata dominâtio* H: *dilata dominatio* B, *uilatio donata* N, *dilata coniuratio* O ex priore mea coniectura. — 90, 3 *desciscit in reginam *** aliter* O: *desciscit in regem*
Nam aliter B (*regem* est ultima vox versus, spatio vacuo relicto duodecim fere litterarum; tum novus versus incipit a verbo *Nam*) — 90, 7 *Augustum* delevit Freinshemius. — 90, 13 *motus civitatis: motis civitatis* B, *civitatis motus* NO. — 90, 26 *et obnoxium* delendum censet Hauptius. — 90, 33 *obsidebat at* H: *obsiderat* B, *obsidebat* N, *obsidere. at* O; possis etiam: *obsidebat, cum Octavius* etc. — 91, 21 *ultionem de his sumendi* H: *ultionem de his* B, *ultionis de his* NO. — 91, 25 *Perusiam* N: *Perusium* BO. — 91, 25 *exercitus* B: *et exercitus* NO. — 91, 28 *nihil insignius* Mommsenius: *nihil in se minus* BNO. — 91, 31 *ingemescat* BN: *ingemiscat* O. — 92, 26 *nec tum omina inminentis cladis latuerunt* H: *nec tot im* || *minentia destinate cladis latuerunt* B, *nec tum inminentia cladis destinatae signa latuerunt* N, *nec tum inminentia destinatae cladis latuerunt* O. Locus labem traxit, cum glossema *destinatae* ad voc. *inminentis* adscriptum in verborum contextum illatum esset; solet autem Florus in tali re v. *inminens* uti, v. p. 29, 22 *inminentem temerario duci cladem praedixerant insidentia signis examina;* p. 33, 20 *haec fuit illius viri non sine praesagio quodam fati inminentis prima confessio;* p. 84, 9 *numquam inminentis ruinae manifestiora prodigia. Inminentis* (deleto *destinatae*) scribendum esse etiam Bezzenbergerus et Ed. Wurmius intellexerunt. — 92, 28 *volucres quasi iam sua* (i. e. praedam sibi destinatam) *circumvolabant* B: *volucres castra quasi iam sua circumvolabant* NO. — 93, 1 *acie namque* etc.] locus graviter corruptus sic in B scriptus est: *acie namque commissa cum pari ardore aliquandiu dimicatum foret quamuis duces inde praesentes adessent. hinc alterum corporis aegritudo. illum metus et ignauia subduxissent. staret*

(*starent* pr. m., corr. eadem) *tamen pro partibus inuicta fortuna et ultoris et qui uindicabatur. primum adeo anceps fuit. ut par utrùq. discrimen exitus proelii docuit. capta sunt hinc caesaris castra* etc. Scripsi autem *stabat tamen* — — *ut exitus pr. docuit* cum Graevio; in verbis quae sequuntur Spengelii emendationem secutus sum. O sic habet: *acie namque commissa cum* — — *dimicatum foret*, *et*, *quamvis* — — *subduxissent*, *staret tamen pro partibus invicta fortuna et ultoris et qui vindicabatur*, *proelium adeo anceps fuit ut par utrimque discrimen exitus proelii docuerit: capta sunt hinc Caesaris castra* etc. — 93, 12 *errore dedit* (scil. fortuna) B: *error dedit* NO. — 93, 34 *hic se piratica tuebatur. Puteolos* Bezzenbergerus: *hic se piratica turba turper puteolos* B, *hic se pirata tuebatur. post Puteolos* O in adnot. — 94, 6 *hoc putabant* O auctore Hauptio delevit. — 94, 16 *Sed inportu* || *manes antonii et pompeianorum bonorum quorum sec* || *tor ille fuerat. praede deuorata possessio* || *manere non poterat.* B — 95, 8 *tandem etiam saeculum terrore liberavit* H: *tandem etiam terrore* (*terrae* N) *saeculum liberavit* BN, *tandem etiam terram et saeculum liberavit* O ex Hauptii coni. — 95, 32 *documenta fuissent* Dukerus: *docum. fecissent* BNO; cf. p. 24, 19. — 96, 16 *montis* B pr. m.: *montes* B corr., NO. — 96, 28 scripsi *salmacidae infestiores*, ubi est in NO *salmacidis fluvius infestior*, quae est aperta interpolatio; quid in B scriptum fuerit, ignoratur; ex scriptura veteris manus nihil servatum est nisi: *tum quibusdam salmacidae* *** *Etiam dulces fuere* etc. — 97, 7 fort. *petiit* — 98, 11 *recepit* Ip: *recipit* BN. — 98, 14 *soluta est* N: *resoluta est* Ip fort. recte; *victa est* B. — 98, 27 *Cennos* BI: *scennos* N, *Genaunos* Tollius ex Horatii Carm. IV, 14, 10. — 99, 3 *saucius* Ip: *sauciis* BN. — 100, 4 *Thraces cum antea saepe*, *tum maxime* H: *cum* om. BN, *Thraces antea saepe et maxime* O. — 100, 15 *reppulit*: *repulit* N, *perpulit* BO; cf. ad p. 31, 5. — 101, 27 *lictoris virgis* BN: fort. *lictoriis virgis* — 101, 36 *perdita castra* H: *perdi castra* B, *perditas res* NO. — 102, 17 *latius quam ipsa victoria. Marmaridas* B: *latius victoria patet. Marmaridas* N, *latius quam victoria. pariter Marmaridas* O. At mihi quidem dubium non videtur, quin *patet* in N sit merum glossema. Bezzenbergus ingeniose coniecit: *unde illi Gaetulici nomen clarius quam pro ipsa victoria.* — 102, 18 *Garamantes* BI: *Garamantas* NO. — 102, 31 *quem rex Artageris ex Parthis praefecerat* O (sed hic *Artagerae;* at v. Strab. XI, p. 529): *quem rex artaxerser* (sic) *parthis praef.* B, *quem rex artaxatis praef.* N. Emendatio loci incerta est; nam etiam in breviario Sexti

Rufi qui vocatur lectio vulgata c. 19 '*Domnes quidam*, *quem rex Artageris praeposuerat*' ex coniectura profecta est; optimus cod. Bambergensis locum sic habet: *Donnes quidam quem parthis arsacis praeposuerat.* Lacuna, quam deinde in Floro Iahnius recte indicavit: *et tunc quidem Caesar recreatus est ex vulnere in tempus set***, ex eodem Rufo suppleri potest, cuius locum ex codice Bamberg. emendatum adscribam: *Quem* (libellum) *cum imperator Romanus legeret intentius*, *cultro adgressus Gaium vulneravit. Percussor quidem a militibus confossus est; Gaius ex vulnere*, *regressus in Syriam*, *obiit.* — 103, 36 *augeri contemneret ut triumpho* H: *augeri contempneret ut triumphos* B, *ut posset triumphos contemnere* N, *ut triumpho augeri contemneret* O. — 104, 5 *et utinam mutua clade certamen* BN: *et ultimum mutua clade certamen* O cum editionibus veteribus, quae mihi quidem admodum infelix mutatio videtur. Ait Florus: fuisset anceps et cruentum certamen et tale, quod vix mutua clade fore sperari posset. — 104, 9 *sic tamen quoque* BN (sed B *quoquo*): *sic quoque* O; cf. ad p. 17, 1 — 104, 22 *concilium* H: *consilium* BNO. — 104, 23 *circa enim* H: *circa cum* B, *circa se* N, *circumcirca* O. — 104, 25 *nitentes in profundum* H: *nitentes in profund* B, sic in media pagina desinens; *ut latentes in profundo* N; *vi latentes in profundo* O. — 105, 14 *dictus imperator perpetuus* Mommsenius: *dictator perpetuus* NO, quam interpolationem ex loco superiore p. 89, 13 '*ad hoc pater ipse patriae perpetuusque dictator*' fluxisse probabile est.

Epitomae fragmentum P. Annii Flori, quod a *Theodoro Oehlero* in codice Bruxellensi inventum *Ritschelius* primus in novo museo Rhenano I, p. 303 sqq. publicavit, adiciendum putavi, ne haec praefatio declamatoria cognitu admodum digna, quidquid de eius auctore cogites, ab hac scriptorum Romanorum collectione excluderetur. Quod fragmentum ut post egregias Ritschelii, Schopenii, Iahnii curas emendatius edere possem, studio potissimum *Theodori Mommsenii* perfectum est, qui hanc quoque operis mei partem ex doctrinae suae copiis auxit. Codicem autem in adnotatione critica littera C significavi.

Pag. 106, 1 *Spatianti mihi* Mommsenius: *Capienti mihi* C, *Capienti mihi quietem* O cum Schopenio || 106, 3 *salubritate* Schopenius: *libertate* CO || 106, 9 *recognosco quid istic. hic* Mommsenius: *hic* om. C; *te recognosco. Quid istic* O cum Schopenio || 106, 12 *crimini*] *certamini* Schopenius. Cf. Ritschel. p. 307. || 106, 12 *tune es*, *inquit*, *ille ex Africa quem* malim || 107, 1 *morer* Ritschelius || 107, 2 *actus* corruptum

videtur || 107, 3 *in memoriam priorum* Mommsenius; cf. v. 14. || 107, 6 *de quo* scripsi: *quo* C teste Iahnio, *e quo* C ex apographo Oehleri; *de quo* om. O || 107, 6 *palmam* Mommsenius: *postquam* CO || 107, 12 *quae tandem loca* Schopenius || 107, 13 *Si tu indulges* idem || 107, 15 *Cereris sedem, deinde* Schopenius: *Cereris, secundum deinde* CO || 107, 17 *inde me Rhodus habuit ingressum Aegyptium pelagus* Mommsenius; cum *me* in cod. lineam subductam habeat, Schopenius *inde Rhodon* (scil. *salutavi*) coniecit; contra Ritschelius post *pelagus* verbum *allexit* supplevit || 107, 20 *mediterranea* Mommsenius: *mediterraneam* CO || 107, 21 *secutus sum* Ritschelius || *et* delet Mommsenius: *en* O || 107, 25 *aliter* C: *ultra* Mommsenius || 107, 31 *si navis gubernator* Schopenius || 107, 38 *omnium earum* Mommsenius: *omnium rerum* CO. Urbes quae ad quietem eliguntur ex adverso positae sunt Romae. || 108, 6 *non serotino erubescit* Mommsenius || 108, 8 *portant* O cum Ritschelio: *portat* C, *portendunt* Schopenius || 108, 16 *quid hic a te agitur* Ritschelius || 108, 18 *inde* Mommsenius: *unde* CO, sed O cum signo lacunae || 108, 18 *cum eum hac* Ritschelius || 108, 24 *totum enim quod hic egimus quinquennium ita mihi* Schopenius et O (sed hic *toto* — — *quinquennio*): *totum enim quod egimus quinquennio isto isto mihi* C; *toto enim quod egimus quinquennio istoc ita mihi* Mommsenius; *toto enim quod ab initio egimus quinquennio ita mihi* Ritschelius; ego tentavi: *totum enim quod egimus quinquennium primum ita mihi* etc. || 108, 27 *ceteris et* Mommsenius: *et ceteris* CO || 108, 31 *quantus hic est* malim || 108, 33 *honos* Ritschelius: *honor* CO; cf. v. 35 || 109, 4 *in suggestu* Schopenius || 109, 8 *Romanae eloquentiae* supplet Ritschelius.

Dum plagulas corrigo per Ottonem Iahnium certior factus sum, Orosii codicem Mediceum eo loco, de quo dixi p. XII, habere *Teutoduobus*, quod tacere nolui.

In indice denique nominum, quem novum confeci, multum laboris impendi, ut personae, quas fere singulis nominibus Florus nominare solet, quantum fieri posset, accurate discernerentur. Ita commodis eorum, qui res gestas a Floro memoratas cognoscere volent, bene consuluisse mihi videor.

Scribebam Monachii mense Octobri 1853.

C. Halm.

IVLI FLORI

EPITOMAE DE TITO LIVIO

BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC

LIBER I.

CAPITA LIBRI I.

I. A Romulo tempora regum VII.
II. Anacephalaeosis eorum temporum.
III. De mutatione rei publicae.
IIII. Bellum Etruscum cum rege Porsenna.
V. Bellum Latinum.
VI. Bellum cum Etruscis Faliscis Veientibus Fidenatibus.
VII. Bellum Gallicum.
VIII. Bella Gallica.
VIIII. Bellum Latinum.
X. Bellum Sabinum.
XI. Bellum Samniticum.
XII. Bellum Etruscum Samniticum Gallicum.
XIII. Bellum Tarentinum.
XIIII. Bellum Picens.
XV. Bellum Sallentinum.
XVI. Bellum Vulsiniense.
XVII. De seditionibus.
XVIII. Bellum Punicum primum.
XVIIII. Bellum Liguricum.
XX. Bellum Gallicum.
XXI. Bellum Illyricum.

XXII. Bellum Punicum secundum.
XXIII. Bellum Macedonicum primum.
XXIIII. Bellum Syriacum regis Antiochi.
XXV. Bellum Aetolum.
XXVI. Bellum Histricum.
XXVII. Bellum Gallograecum.
XXVIII. Bellum Macedonicum secundum.
XXVIIII. Bellum Illyricum secundum.
XXX. Bellum Macedonicum tertium.
XXXI. Bellum Punicum tertium.
XXXII. Bellum Achaicum.
XXXIII. Res in Hispania gestae.
XXXIIII. Bellum Numantinum.
XXXV. Bellum Asiaticum.
XXXVI. Bellum Iugurthinum.
XXXVII. Bellum Allobrogum.
XXXVIII. Bellum Cimbricum Teutonicum Tigurinum.
XXXVIIII. Bellum Thracicum.
XL. Bellum Mithridaticum.
XLI. Bellum piraticum.
XLII. Bellum Creticum.
XLIII. Bellum Balearicum.
XLIIII. Expeditio in Cyprum.
XLV. Bellum Gallicum.
XLVI. Bellum Parthicum.
XLVII. Anacephalaeosis.

I. A ROMVLO TEMPORA REGVM SEPTEM.

Populus Romanus a rege Romulo in Caesarem Augustum septingentos per annos tantum operum pace belloque gessit, ut, si quis magnitudinem imperii cum
5 annis conferat, aetatem ultra putet. ita late per orbem 2
terrarum arma circumtulit, ut qui res illius legunt non unius populi, sed generis humani facta condiscant. tot in laboribus periculisque iactatus est, ut ad constituendum eius imperium contendisse Virtus et Fortuna videantur.
10 qua re cum, si quid aliud, hoc quoque operae pretium sit 3
cognoscere, tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo rerumque diversitas aciem intentionis abrumpit, faciam quod solent, qui terrarum situs pingunt: in brevi quasi tabella totam eius imaginem amplectar, non nihil, ut
15 spero, ad admirationem principis populi conlaturus, si pariter adque insemel universam magnitudinem eius ostendero.

Si quis ergo populum Romanum quasi unum homi- 4
nem consideret totamque eius aetatem percenseat, ut
20 coeperit utque adoleverit, ut quasi ad quandam iuventae frugem pervenerit, ut postea velut consenuerit, quattuor gradibus Romae aetas *distincta videbitur. prima aetas* sub 5
regibus fuit prope per annos quadringentos, quibus circum urbem ipsam cum finitimis luctatus est. haec erit
25 eius infantia. sequens a Bruto Collatinoque consulibus 6
in Appium Claudium Quintum Fulvium consules centum quinquaginta annis patet, quibus Italiam subegit. hoc fuit tempus viris armis incitatissimum, ideoque quis adulescentiam dixerit. deinceps ad Caesarem Augustum 7
30 centum et quinquaginta anni, quibus totum orbem pacavit. hic iam ipsa iuventus imperii et quasi robusta maturitas. a Caesare Augusto in saeculum nostrum haut multo 8
minus anni ducenti, quibus inertia Caesarum quasi con-

senuit adque decoxit, nisi quod sub Traiano principe movit lacertos et praeter spem omnium senectus imperii quasi reddita iuventute reviruit.

1 Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit,
2 Marte genitus et Rhea Silvia. hoc de se sacerdos gravida confessa est, nec mox fama dubitavit, cum Amulii regis imperio iactatus in profluentem cum Remo fratre non po-
3 tuit extingui. si quidem et Tiberinus amnem repressit, et relictis catulis lupa secuta vagitum uber admovit infantibus matremque egit. sic repertos aput arborem Fau- 10 stulus regii gregis pastor tulit in casam adque educavit.
4 Alba tum erat Latio caput, Iuli opus; nam Lavinium patris Aeneae contempserat. ab his Amulius iam septima subole regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia
5 Romulus. igitur statim prima iuventutis face patruum ab 15 arce deturbat, avum reponit. ipse fluminis amator et montium, aput quos erat educatus, moenia novae urbis
6 agitabat. gemini erant; uter auspicaretur et regeret, adhibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. prius ille sex vulturios, hic postea, sed 20
7 duodecim videt. sic victor augurio urbem excitat, plenus spei bellatricem fore; id adsuetae sanguine et praeda
8 aves pollicebantur. ad tutelam novae urbis sufficere vallum videbatur, cuius dum angustias Remus increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est: prima certe victima 25 fuit munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit. imaginem urbis magis quam urbem fecerat: incolae
9 deerant. erat in proximo lucus; hunc asylum facit, et statim mira vis hominum: Latini Tuscique pastores, quidam etiam transmarini, Phryges qui sub Aenea, Ar- 30 cades qui sub Evandro duce influxerant. ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumque
10 Romanum ipse fecit rex. erat unius aetatis populus virorum. itaque matrimonia a finitimis petita: quia non inpetrabantur, manu capta sunt. simulatis quippe ludis 35 equestribus virgines, quae ad spectaculum venerant, praedae fuere. et haec statim causa bellorum. pulsi fu-
11 gatique Veientes. Caeninensium captum ac direptum est

oppidum. spolia insuper opima de rege Agrone Feretrio
Iovi manibus suis rex reportavit. Sabinis proditae portae 12
per virginem Tarpeiam nomine. dolose puella pretium
rei quae gerebant in sinistris petiverat, dubium clipeos
5 an armillas; illi, ut et fidem solverent et ulciscerentur,
clipeis obruere. ita admissis intra moenia hostibus, atrox 13
in ipso foro pugna, adeo ut Romulus Iovem oraret, foe-
dam suorum fugam sisteret; hinc templum et Stator Iup-
piter. tandem furentibus intervenere raptae laceris co- 14
10 mis. sic pax facta cum Tatio foedusque percussum,
secutaque res mira dictu, ut relictis sedibus suis novam
in urbem hostes demigrarent et cum generis suis avitas
opes pro dote sociarent. auctis brevi viribus, hunc rex 15
sapientissimus statum rei publicae inposuit: iuventus di-
15 visa per tribus in equis et armis ad subita belli excubaret,
consilium rei publicae penes senes esset, qui ex auctori-
tate patres, ob aetatem senatus vocabantur. his ita ordi- 16
natis repente, cum contionem haberet ante urbem aput
Caprae paludem, e conspectu ablatus est. discerptum 17
20 aliqui a senatu putant ob asperius ingenium; sed oborta
tempestas solisque defectio consecrationis speciem prae-
buere. cui mox Iulius Proculus fidem fecit, visum a se 18
Romulum adfirmans augustiore forma quam fuisset; man-
dare praeterea ut se pro numine acciperent; Quirinum in
25 caelo vocari; placitum dis ut gentium Roma poteretur.

Succedit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus 2
Sabinis agentem ultro petiverunt ob inclitam viri reli-
gionem. ille sacra et caerimonias omnemque cultum de- 2
orum inmortalium docuit, ille pontifices, augures, salios
30 ceteraque sacerdotia, annumque in duodecim menses,
fastos dies nefastosque descripsit, ille ancilia adque Pal- 3
ladium, secreta quaedam imperii pignora, Ianumque ge-
minum, fidem pacis ac belli, in primis focum Vestae vir-
ginibus colendum dedit, ut ad simulacrum caelestium
35 siderum custos imperii flamma vigilaret: haec omnia
quasi monitu deae Egeriae, quo magis barbari acciperent.
eo denique ferocem populum redegit, ut, quod vi et iniuria 4
occuparat imperium, religione adque iustitia gubernaret.

3 Excipit Pompilium Numam Tullus Hostilius, cui in
honorem virtutis regnum ultro datum. hic omnem mili-
2 tarem disciplinam artemque bellandi condidit. itaque
mirum in modum exercita iuventute provocare ausus
3 Albanos, gravem et diu principem populum. sed cum 5
pari robore frequentibus proeliis utrique comminuerentur, misso in conpendium bello, Horatiis Curiatiisque, trigeminis hinc adque inde fratribus, utriusque populi
4 fata permissa sunt. anceps et pulchra contentio exituque
ipso mirabilis. tribus quippe illinc volneratis, hinc duo- 10
bus occisis, qui supererat Horatius addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam singulosque,
5 prout sequi poterant, adortus exuperat. sic — rarum
alias decus — unius manu parta victoria est, quam ille
mox parricidio foedavit. flentem spolia circa se sponsi 15
quidem, set hostis, sororem viderat. hunc tam inmaturum amorem virginis ultus est ferro. citavere leges ne-
6 fas, set abstulit virtus parricidium, et facinus infra gloriam fuit. nec diu in fide Albanus. nam Fidenate bello
missi in auxilium ex foedere medii inter duos expecta- 20
7 vere fortunam. sed rex callidus ubi inclinare socios ad
hostem videt, tollit animos, quasi mandasset: spes inde
nostris, metus hostibus. sic fraus proditorum irrita fuit.
8 itaque hoste victo ruptorem foederis Mettum Fufetium
religatum inter duos currus pernicibus equis distrahit, 25
Albamque ipsam quamvis parentem, aemulam tamen di-
9 ruit, cum prius omnes opes urbis ipsumque populum
Romam transtulisset; prorsus ut consanguinea civitas
non perisse, sed in suum corpus redisse rursus videretur.
4 Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, raro 30
2 ingenio. igitur et muro moenia amplexus est, et interfluentem urbi Tiberinum ponte commisit, Ostiamque in
ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit; iam tum
videlicet praesagiens animo futurum ut totius mundi opes
et commeatus illo velut maritimo urbis hospitio recipe- 35
rentur.
5 Tarquinius postea Priscus, quamvis transmarinae
originis, regnum ultro petens accepit ob industriam ad-

que elegantiam; quippe qui oriundus Corintho Graecum
ingenium Italicis artibus miscuisset. hic et senatus ma- 2
iestatem numero ampliavit, et centuriis tribus auxit
equites, quatenus Attius Navius numerum augeri prohi-
5 bebat, vir summus augurio. quem rex in experimentum 3
rogavit, fierine posset, quod ipse mente conceperat. ille 4
rem expertus augurio, posse respondit. 'atquin hoc' in-
quit 'agitaram, cotem illam secari novacula posse;' et
augur 'potest ergo' inquit, et secuit. inde Romanis sacer 5
10 auguratus. neque pace Tarquinius quam bello promptior.
duodecim namque Tusciae populos frequentibus armis
subegit. inde fasces, trabeae, curules, anuli, phalerae, 6
paludamenta, praetextae, inde quod aureo curru, quat-
tuor equis triumphatur, togae pictae tunicaeque palma-
15 tae, omnia denique decora et insignia, quibus imperii di-
gnitas eminet, sumpta sunt.

Servius Tullius deinceps gubernacula urbis invadit, 6
nec obscuritas inhibuit quamvis matre serva creatum.
nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter
20 educaverat, et clarum fore visa circa caput flamma pro-
miserat. ergo inter Tarquinii mortem adnitente regina 2
substitutus in locum regis quasi in tempus, regnum dolo
partum sic egit industrie, ut iure adeptus videretur. ab 3
hoc populus Romanus relatus in censum, digestus in
25 classes, decuriis adque collegiis distributus, summaque
regis sollertia ita est ordinata res publica, ut omnia pa-
trimonii, dignitatis, aetatis, artium officiorumque discri-
mina in tabulas referrentur, ac sic maxima civitas mini-
mae domus diligentia contineretur.

30 Postremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cog- 7
nomen Superbo ex moribus datum. hic regnum avitum, 2
quod a Servio tenebatur, rapere maluit quam expectare,
missisque in eum percussoribus scelere partam potesta-
tem non melius egit quam adquisiverat. nec abhorrebat 3
35 moribus uxor Tullia, quae, ut virum regem salutaret,
supra cruentum patrem vecta carpento consternatos
equos exegit. set ipse in senatum caedibus, in plebem 4
verberibus, in omnis superbia, quae crudelitate gravior

est bonis, grassatus, cum saevitiam domi fatigasset, tan-
5 dem in hostes conversus est. sic valida Latii oppida
capta sunt, Ardea, Ocricolum, Gabii, Suessa Pometia.
6 tum quoque cruentus in suos. neque enim filium verbe-
rare dubitavit, ut simulanti transfugam aput hostis hinc 5
7 fides esset. cui Gabiis, ut voluerat, recepto et per nuntios
consulenti, quid fieri vellet, eminentia forte papaverum
capita virgula excutiens, cum per hoc interficiendos esse
principes vellet intellegi, quasi superbia sileret, respondit
tamen. de manubiis captarum urbium templum erexit. 10
8 quod cum inauguraretur, cedentibus ceteris dis mira res
9 dicitur extitisse: restitere Iuventas et Terminus. placuit
vatibus contumacia numinum, si quidem firma omnia et
aeterna pollicebantur. sed illud horrentius, quod molien-
tibus aedem in fundamentis humanum repertum est ca- 15
put, nec dubitavere cuncti monstrum pulcherrimum im-
10 perii sedem caputque terrarum promittere. tam diu su-
perbiam regis populus Romanus perpessus est, donec
aberat libido; hanc ex liberis eius inportunitatem tolerare
11 non potuit. quorum cum alter ornatissimae feminae Lu- 20
cretiae stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expia-
vit; imperium regibus abrogatum.

II. ANACEPHALAEOSIS DE SEPTEM REGIBVS.

8 Haec est prima aetas populi Romani et quasi infan-
tia, quam habuit sub regibus septem, quadam fatorum 25
industria tam variis ingenio, ut rei publicae ratio et utili-
2 tas postulabat. nam quid Romulo ardentius? tali opus
3 fuit, ut invaderet regnum. quid Numa religiosius? ita
res poposcit, ut ferox populus deorum metu mitigaretur.
4 quid? ille militiae artifex Tullus bellatoribus viris quam 30
necessarius, ut acueret ratione virtutem! quid? aedifica-
tor Ancus, ut urbem colonia extenderet, ponte iungeret,
5 muro tueretur. iam vero ornamenta Tarquinii et insignia
quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu di-
6 gnitatem! actus a Servio census quid effecit, nisi ut ipsa 35
7 se nosset Romana res publica? postremo Superbi illius
inportuna dominatio non nihil, immo vel plurimum pro-

fuit. sic enim effectum est, ut agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incenderetur.

III. DE MVTATIONE REI PVBLICAE.

Igitur Bruto Collatinoque ducibus et auctoribus, 9
5 quibus ultionem sui moriens matrona mandaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus quodam quasi instinctu deorum concitatus regem repente destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, imperium in eosdem libertatis suae vindices transfert,
10 mutato tamen et iure et nomine. quippe ex perpetuo an- 2
nuum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrumperetur, consulesque appellavit pro regibus, ut consulere civibus suis se debere meminissent. tantumque libertatis novae gaudium incesserat, ut vix 3
15 mutati status fidem caperet alterumque ex consulibus, Lucretiae maritum, tantum ob nomen et genus regium fascibus abrogatis urbe dimitteret. itaque substitutus 4
Horatius Publicola summo studio adnisus est ad augendam liberi populi maiestatem. nam et fasces ei pro con-
20 tione summisit, et ius provocationis adversus ipsos dedit, et ne specie arcis offenderet eminentis aedis suas in plana summisit. Brutus vero favori civium etiam domus suae 5
clade et parricidio velificatus est. quippe cum studere revocandis in urbem regibus liberos suos comperisset,
25 protraxit in forum et contione media virgis cecidit, securi percussit, ut plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur.

Liber iam hinc populus Romanus prima adversus 6
exteros arma pro libertate corripuit, mox pro finibus,
30 deinde pro sociis, tum gloria et imperio, lacessentibus adsidue usquequaque finitimis; quippe cui patrii soli 7
glaeba nulla, set statim hostile pomerium, mediusque inter Latium adque Etruscos quasi in quodam bivio conlocatus omnibus portis in hostem incurreret; donec quasi 8
35 contagio quodam per singulos itum est et proximis quibusque correptis totam Italiam sub se redegerunt.

IIII. BELLVM ETRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

10 Pulsis urbe regibus prima pro libertate arma corripuit. nam Porsenna rex Etruscorum ingentibus copiis
2 aderat et Tarquinios manu reducebat. hunc tamen, quamvis et armis et fame urgueret occupatoque Ianiculo in ipsis urbis faucibus incubaret, sustinuit reppulit, novissime etiam tanta admiratione perculit, ut superior ultro
3 cum paene victis amicitiae foedera feriret. tunc illa Romani nominis prodigia adque miracula, Horatius, Mucius, Cloelia, qui nisi in annalibus forent, hodie fabulae vide-
4 rentur. quippe Horatius Cocles postquam hostes undique instantes solus summovere non poterat, ponte rescisso
5 transnatat Tiberim nec arma dimittit. Mucius Scaevola regem per insidias in castris ipsius adgreditur, sed ubi frustrato circa purpuratum eius ictu tenetur, ardentibus
6 focis inicit manum terroremque geminat dolo. 'en, ut scias', inquit 'quem virum effugeris; idem trecenti iuravimus;' cum interim — inmane dictu — hic interritus, ille
7 trepidaret, tamquam manus regis arderet. sic quidem viri; sed ne qui sexus a laude cessaret, ecce et virginum virtus. una ex opsidibus regi datis elapsa custodiae,
8 Cloelia, per patrium flumen equitabat. et rex quidem tot tantisque virtutum territus monstris valere liberosque esse iussit. Tarquinii tamen tam diu dimicaverunt, donec Arruntem filium regis manu sua Brutus occidit superque ipsum mutuo volnere expiravit, plane quasi adulterum ad inferos usque sequeretur.

V. BELLVM LATINVM.

11 Latini quoque Tarquinios adserebant aemulatione et invidia, ut populus qui foris dominabatur saltim domi serviret. igitur omne Latium Mamilio Tusculano duce
2 quasi in regis ultionem tollit animos. aput Regilli lacum dimicavit diu Marte vario, donec Postumius ipse dictator signum in hostis iaculatus est — novum et insigne com-
3 mentum —, ut inde repeteretur. Cossus equitum magister

exuere frenos imperavit — et hoc novum —, quo acrius incurrerent. ea denique atrocitas proelii fuit, ut inter- 4
fuisse spectaculo deos fama tradiderit. duo in candidis equis iuvenes more siderum praetervolaverunt; Castorem
5 adque Pollucem nemo dubitavit. itaque et imperator ipse veneratus est pactusque victoriam templa promisit et reddidit, plane quasi stipendium commilitonibus dis.

Hactenus pro libertate, mox de finibus cum isdem 5
Latinis adsidue et sine intermissione pugnatum est. Cora 6
10 — quis credat? — et Alsium terrori fuerunt, Satricum adque Corniculum provinciae. de Verulis et Bovillis pudet, sed triumphavimus. Tibur, nunc suburbanum, et 7
aestivae Praeneste deliciae nuncupatis in Capitolio votis petebantur. idem tunc Faesulae quod Carrhae nuper, 8
15 idem nemus Aricinum quod Hercynius saltus, Fregellae quod Caesoriacum, Tiberis quod Euphrates. Coriolos 9
quoque — pro pudor! — victos adeo gloriae fuisse, ut captum oppidum Gneus Marcius Coriolanus quasi Numantiam aut Africam nomini indueret. extant et parta 10
20 de Antio spolia, quae Maenius in suggestu fori capta hostium classe suffixit — si tamen illa classis, nam sex fuere rostratae. sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. pervicacissimi tamen Latinorum Aequi et Vulsci fuere et 11
cotidiani, ut sic dixerim, hostes. sed hos praecipue Titus 12
25 Quinctius domuit, ille dictator ab aratro, qui obsessa et paene iam capta Manili consulis castra egregia victoria recuperavit. medium erat tempus forte sementis, cum 13
patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere deprehendit. inde in aciem profectus, victos, ne quid a
30 rustici operis imitatione cessaret, more pecudum sub iugum misit. sic expeditione finita rediit ad boves rursus 14
triumphalis agricola — fidem numinum — qua velocitate! intra quindecim dies coeptum peractumque bellum, 15
prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur.

35 VI. BELLVM CVM ETRVSCIS FALISCIS VEIENTIBVS FIDENATIBVS.

Adsidui vero et anniversarii hostes ab Etruria fuere 12

Veientes, adeo ut extraordinariam manum adversus eos
promiserit privatumque gesserit bellum gens una Fabio-
2 rum. satis superque nota clades. caesi aput Cremeram
trecenti, patricius exercitus; sic scelerato signata nomine
3 quae proficiscentes in proelium porta dimisit. sed ea 5
clades ingentibus expiata victoriis, postquam per alios
adque alios robustissima capta sunt oppida, vario quidem
4 eventu. Falisci sponte se dediderunt, crematae suo igne
5 Fidenae, direpti funditus deletique Veientes. Falisci
cum obsiderentur, mira eis est visa fides imperatoris, nec 10
inmerito, quod ludi magistrum, urbis proditorem, cum
his quos adduxerat pueris vinctum sibi ultro remisisset.
6 eam namque vir sanctus et sapiens veram sciebat esse
victoriam, quae salva fide et integra dignitate pareretur.
7 Fidenae quia pares non erant ferro, ad terrorem moven- 15
dum facibus armatae et discoloribus serpentium in mo-
dum vittis furiali more processerant; sed habitus ille
8 feralis eversionis omen fuit. Vei quanta res fuerit, indicat
decennis obsidio. tum primum hiematum sub pellibus, ta-
xata stipendio hiberna, adactus miles sua sponte iure iu- 20
9 rando ne nisi capta urbe remearet. spolia de Larte Tolum-
nio rege ad Feretrium triumpho reportata. denique non
scalis nec inruptione, sed cuniculo et subterraneis dolis
10 peractum urbis excidium. ea denique visa est praedae
magnitudo, cuius decima Apollini Pythio mitteretur, uni- 25
versusque populus Romanus ad direptionem urbis vocare-
11 tur. hoc tunc Vei fuere. nunc fuisse quis meminit? quae
reliquiae? quod vestigium? laborat annalium fides, ut
Veios fuisse credamus.

VII. BELLVM GALLICVM. 30

13 Hic sive invidia deum sive fato rapidissimus pro-
currentis imperii cursus parumper Gallorum Senonum
2 incursione supprimitur. quod tempus populo Romano
nescio utrum clade funestius fuerit, an virtutis experi-
3 mentis speciosius. ea certe fuit vis calamitatis, ut in ex- 35
perimentum inlatam putem divinitus, scire volentibus

inmortalibus dis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.

Galli Senones, gens natura ferox, moribus incon- 4
dita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde armis ingen-
5 tibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata ad
hominum interitum, urbium stragem videretur. hi quon- 5
dam ab ultimis terrarum oris et cingente omnia Oceano
ingenti agmine profecti, cum iam media vastassent, po-
sitis inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti
10 per Italiam vagabantur; tum Clusium urbem obsidebant. 6
pro sociis ac foederatis Romanus intervenit; missi ex
more legati. sed quod ius aput barbaros? ferocius agunt,
et inde certamen. conversis igitur a Clusio Romamque 7
venientibus ad Aliam flumen cum exercitu Fabius consul
15 occurrit. non temere foedior clades; itaque hunc diem
fastis Roma damnavit. fuso exercitu iam moenibus urbis 8
adpropinquabant. erant nulla praesidia. tum igitur sic,
ut numquam alias, apparuit vera illa Romana virtus. iam 9
primum maiores natu, amplissimis usi honoribus, in fo-
20 rum coeunt, ibi devovente pontifice dis se manibus con-
secrant, statimque in suas quisque aedes regressi, sic ut 10
in trabeis erant et amplissimo cultu, in curulibus sellis
sese reposuerunt, ut, cum venisset hostis, in sua quisque
dignitate moreretur. pontifices et flamines quidquid re- 11
25 ligiosissimi in templis erat partim in doleis defossa terra
recondunt, partim inposita plaustris secum Veios aufe-
runt. virgines simul ex sacerdotio Vestae nudo pede fu- 12
gientia sacra comitantur. tamen excepisse fugientis unus
ex plebe fertur Atinius, qui depositis uxore et liberis
30 virgines in plaustrum recepit. adeo tunc quoque in ulti-
mis religio publica privatis adfectibus antecellebat. iu-
ventus vero, quam satis constat vix mille hominum fuisse, 13
duce Manlio arcem Capitolini montis insedit, obtestata
ipsum quasi praesentem Iovem, ut quem ad modum ipsi
35 ad defendendum templum concurrissent, ita ille virtu-
tem eorum numine suo tueretur. aderant interim Galli 14
apertamque urbem primo trepidi, ne quis subesset dolus,
mox, ubi solitudinem vident, pari clamore et impetu in-

vadunt. patentis passim domos adeunt. ibi sedentes in curulibus suis praetextatos senes velut deos geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, adlocuti nihil respondere dignantes pari vaecordia mactant, facesque tectis iniciunt, et totam urbem igni ferro 5
15 manibus exaequant. sex mensibus barbari — quis crederet? — circa montem unum pependerunt, nec diebus modo, sed noctibus quoque omnia experti; cum tamen Manlius nocte subeuntis clangore anseris excitatus a summa rupe deiecit, et ut spem hostibus demeret, quam- 10 quam in summa fame, tamen ad speciem fiduciae panes
16 ab arce iaculatus est. et stato quodam die per medias hostium custodias Fabium pontificem ab arce dimisit, qui sollemne sacrum in Quirinali monte conficeret. atque ille per media hostium tela incolumis religionis auxilio 15
17 redivit propitiosque deos renuntiavit. novissime cum iam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio insuper 'vae victis' increparent, subito adgressus a tergo Camillus adeo 20 cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis
18 inundatione deleret. agere gratias dis inmortalibus ipso tantae cladis nomine libet. pastorum casas ignis ille, et flamma paupertatem Romuli abscondit. incendium illud quid egit aliud, nisi ut destinata hominum ac deorum do- 25 micilio civitas non deleta nec obruta, sed expiata potius
19 et lustrata videatur? igitur post adsertam a Manlio, restitutam a Camillo urbem acrius etiam vehementiusque in finitimos resurrexit.

VIII. BELLA GALLICA. 30

Ac primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus moenibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua latius traherent, sic persecutus est duce Ca-
20 millo, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint. semel aput Anienem trucidati, cum singulari certamine Man- 35 lius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit, unde Torquati. iterum Pomptino agro, cum in simili pugna

Valerius, insidente galeae sacra alite adiutus, tulit spolia; et inde Corvini. nec non tamen post aliquot annos 21
omnis reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis
Dolabella delevit, ne quis extaret ex ea gente, qui incen-
5 sam a se Romanam urbem gloriaretur.

VIIII. BELLVM LATINVM.

Conversus a Gallis in Latinos Manlio Torquato De- 14
cio Mure consulibus, semper quidem aemulatione imperii
infestos, tum vero contemptu urbis incensae, cum ius ci-
10 vitatis pari imperio et magistratu poscerent, aput Ca-
puam proeliis congredi audentes. quo tempore quis ces- 2
sisse hostem mirabitur? cum alter consulum filium suum,
quia contra imperium pugnaverat, quamvis victorem oc-
ciderit ostenderitque plus esse in imperio quam in victo- 3
15 ria; alter quasi monitu deorum capite velato primam ante
aciem dis manibus se devoverit, ut in confertissima se
hostium tela iaculatus novum ad victoriam iter sanguinis
sui limite aperiret.

X. BELLVM SABINVM.

20 A Latinis adgressus est gentem Sabinorum, qui im- 15
memores factae sub Tito Tatio adfinitatis quodam conta-
gio bellis se Latinis adiuncxerant. sed Curio Dentato 2
consule omnem eum tractum, qua Nar, Anio, fontes Ve-
lini, Hadriano tenus mari igni ferroque vastavit. qua 3
25 victoria tantum hominum, tantum agrorum redactum est
in potestatem, ut in utro plus esset nec ipse posset aesti-
mare qui vicerat.

XI. BELLVM SAMNITICVM.

Precibus deinde Campaniae motus non pro se, sed 16
30 eo speciosius pro sociis Samnitas invadit. erat foedus cum 2
utrisque percussum, sed hoc Campani sanctius et prius
omnium suorum deditione fecerunt; sic ergo Romanus
bellum Samniticum tamquam sibi gessit.

Omnium non modo Italiae, sed toto orbe terrarum 3
35 pulcherrima Campaniae plaga est. nihil mollius caelo:

denique bis floribus vernat. nihil uberius solo: ideo Li-
4 beri Cererisque certamen dicitur. nihil hospitalius mari:
hic illi nobiles portus Caieta, Misenus, tepentes fontibus
5 Baiae, Lucrinus et Avernus, quaedam maris otia. hic
amici vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus et pul- 5
cherrimus omnium Vesuvius, Aetnaei ignis imitator.
6 urbes ad mare Formiae, Cumae, Puteoli, Neapolis, Her-
culaneum, Pompei, et ipsa caput urbium Capua, quon-
7 dam inter tres maximas numerata. pro hac urbe, his re-
gionibus populus Romanus Samnitas invadit, gentem, si 10
opulentiam quaeras, aureis et argenteis armis et discolori
veste usque ad ambitum ornatam; si fallaciam, saltibus
fere et montium fraude grassantem; si rabiem ac furo-
rem, sacratis legibus humanisque hostiis in exitium urbis
agitatam; si pertinaciam, sexies rupto foedere cladibus- 15
8 que ipsis animosiorem. hos tamen quinquaginta annis
per Fabios ac Papirios patres eorumque liberos ita sub-
egit ac domuit, ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodie
Samnium in ipso Samnio requiratur nec facile appareat
9 materia quattuor et viginti triumphorum. maxime tamen 20
nota et inlustris aput Caudinas furculas ex hac gente
10 clades Veturio Postumioque consulibus accepta est. cluso
per insidias intra eum saltum exercitu, unde non posset
evadere, stupens tanta occasione dux hostium Pontius
Herennium patrem consuluit. et ille, mitteret omnes vel 25
11 occideret, sapienter ut senior suaserat: hic armis exutos
mittere sub iugum maluit, ut nec amici forent beneficio
12 et post flagitium hostes magis. itaque et consules statim
magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis di-
rimunt, et ultionem flagitans miles Papirio duce — hor- 30
ribile dictu — strictis ensibus per ipsam viam ante pug-
nam furit; et in congressu arsisse omnium oculos hostis
auctor fuit. nec prius finis caedibus datus, quam iugum
et hostibus et duci capto reposuerunt.

XII. BELLVM ETRVSCVM SAMNITICVM GALLICVM. 35

17 Hactenus populus Romanus cum singulis gentibus,

mox acervatim; sic tamen quoque par omnibus fuit.
Etruscorum duodecim populi, Vmbri in id tempus intacti,
antiquissimus Italiae populus, Samnitium reliqui in ex-
cidium Romani nominis repente coniurant. erat terror 2
5 ingens tot simul tantorumque populorum. late per Etru-
riam infesta quattuor agminum signa volitabant. Cimi- 3
nius interim saltus in medio, ante invius plane quasi Ca-
ledonius vel Hercynius, adeo tum terrori erat, ut se-
natus consuli denuntiaret ne tantum periculi ingredi
10 auderet. set nihil horum terruit ducem, quin fratre prae- 4
misso exploraret accessus. ille per noctem pastorali ha-
bitu speculatus omnia refert tutum iter. sic Fabius Ma- 5
ximus periculosissimum bellum sine periculo explicuit.
nam subito inconditos adque palantis adgressus est cap-
15 tisque superioribus iugis in subiectos suo iure detonuit.
ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas e 6
caelo ac nubibus tela iacerentur. nec incruenta tamen 7
illa victoria. nam oppressus in sinu vallis alter consulum
Decius more patrio devotum dis manibus optulit caput,
20 sollemnemque familiae suae consecrationem in victoriae
pretium peregit.

XIII. BELLVM TARENTINVM.

Sequitur bellum Tarentinum, unum quidem titulo et 18
nomine, set victoria multiplex. hoc enim Campanos,
25 Apulos atque Lucanos et caput belli Tarentinos, id est
totam Italiam, et cum iis omnibus Pyrrhum, clarissimum
Graeciae regem, una veluti ruina pariter involvit, ut eo-
dem tempore et Italiam consummaret et transmarinos
triumphos auspicaretur. Tarentus, Lacedaemoniorum 2
30 opus, Calabriae quondam et Apuliae totiusque Lucaniae
caput, cum magnitudine et muris portuque nobilis, tum
mirabilis situ. quippe in ipsis Hadriani maris faucibus 3
posita in omnis terras, Histriam, Illyricum, Epiron,
Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit. inminet portui
35 ad prospectum maris positum theatrum, quod quidem
causa miserae civitati fuit omnium calamitatium. ludos 4
forte celebrabat, cum adremigantes litori Romanas clas-

ses vident, atque hostem rati emicant, sine discrimine
5 insultant. qui enim aut unde Romani? nec satis. aderat
sine mora querellam ferens legatio. hanc quoque foede
per obscenam turpemque dictu contumeliam violant; et
6 hinc bellum. sed apparatus horribilis, cum tot simul po- 5
puli pro Tarentinis consurgerent omnibusque vehementior Pyrrhus, qui semigraecam ex Lacedaemoniis conditoribus civitatem vindicaturus cum totis viribus Epiri, Thessaliae, Macedoniae incognitisque in id tempus elephantis mari terra, viris equis armis, addito insuper fe- 10
7 rarum terrore veniebat. aput Heracleam Campaniae fluviumque Lirim Laevino consule prima pugna, quae tam atrox fuit ut Ferentaneae turmae praefectus Obsidius, invectus in regem, turbaverit coegeritque proiectis
8 insignibus proelio excedere. actum erat, nisi elephanti, 15
converso in spectaculum bello, procucurrissent, quorum cum magnitudine tum deformitate et novo odore simul ac stridore consternati equi, cum incognitas sibi beluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque late
9 dederunt. in Apulia deinde aput Asculum melius dimica- 20
tum est Curio Fabricioque consulibus. iam quippe terror beluarum exoleverat, et Gaius Numicius quartae legionis hastatus unius proboscide abscisa mori posse beluas os-
10 tenderat. itaque in ipsas pila congesta sunt, et in turres vibratae faces tota hostium agmina ardentibus ruinis 25
operuerunt, nec prius cladi finis fuit quam nox dirimeret, postremusque fugientium rex ipse a satellitibus umero
11 saucius in armis suis referretur. Lucaniae suprema pugna fuit Arusinis quos vocant campis, ducibus isdem quibus superius; sed tum tota victoria. exitum, quem datura 30
12 virtus fuit, casus dedit. nam provectis in primam aciem rursus elephantis, unum ex eis pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit; qui cum per stragem suorum recurrens stridore quereretur, mater agnovit et quasi vindicaret exiluit, tum omnia circa quasi hostilia gravi mole 35
13 permiscuit. ac sic eaedem ferae, quae primam victoriam abstulerunt, secundam parem fecerunt, tertiam sine controversia tradiderunt. nec vero tantum armis et in campo,

set consiliis quoque et domi cum rege Pyrrho dimicatum
est. quippe post primam victoriam intellecta vir callidus
virtute Romana statim desperavit armis seque ad dolos
contulit. nam interemptos cremavit, captivosque indul- 15
5 genter habuit et sine pretio restituit, missisque legatis in
urbem omni modo adnisus est ut facto foedere in amici-
tiam reciperetur. sed et bello et pace et foris et domi 16
omnem in partem Romana virtus tum se adprobavit, nec
alia magis quam Tarentina victoria ostendit populi Ro-
10 mani fortitudinem, senatus sapientiam, ducum magnani-
mitatem. quinam illi fuerunt viri quos ab elephantis primo 17
proelio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore,
quidam hostibus suis morte sua conmortui, omnium in
manibus ensis, et relictae in voltibus minae, et in ipsa
15 morte ira vivebat. quod adeo Pyrrhus miratus est ut di- 18
ceret 'o quam facile erat orbis imperium occupare, aut
mihi Romanis militibus datis, aut me rege Romanis!'
quae autem eorum in reparando exercitu festinatio! 19
cum Pyrrhus idem 'o me' inquit 'plane procrea-
20 tum Herculis semine, cui quasi ab angue Lernaeo
tot caesa hostium capita quasi de sanguine suo renascun-
tur.' qui autem ille senatus fuit! cum perorante Appio 20
Caeco pulsi cum muneribus suis ab urbe legati interro-
ganti regi suo, quid de hostium sede sentirent, urbem
25 templum sibi visam, senatum regum esse confiterentur.
qui porro ipsi duces! vel in castris, cum medicum venale 21
regis caput offerentem Curius remisit, Fabricius oblatam
sibi a rege imperii partem repudiavit; vel in pace, cum 22
Curius fictilia sua Samnitico praeferret auro, Fabricius
30 decem pondo argenti circa Rufinum consularem virum
quasi luxuriam censoria gravitate damnaret. quis ergo 23
miretur his moribus ea virtute militum exercitum populi
Romani fuisse, unoque bello Tarentino intra quadrien-
nium maximam partem Italiae, fortissimas gentes, opu-
35 lentissimas urbes uberrimasque regiones subegisse? aut 24
quid adeo fidem superet, quam si principia belli cum ex-
itu conferantur? victor primo proelio Pyrrhus, tota tre-
mente Campania Lirim Fregellasque populatus, prope

captam urbem a Praenestina arce prospexit et a vicensimo lapide oculos trepidae civitatis fumo ac pulvere in-
25 plevit. eodem postea bis exuto castris, bis saucio et in Graeciam suam trans mare ac terras fugato, pax et quies et tanta de opulentissimis tot gentibus spolia, ut victo- 5
26 riam suam Roma non caperet. nec enim temere ullus pulchrior in urbem aut speciosior triumphus intravit.
27 ante hunc diem nihil praeter pecora Vulscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisses: tum si captivos aspiceres, Molossi, Thessali, 10 Macedones, Brittius, Apulus adque Lucanus; si pompam, aurum, purpura, signa, tabulae Tarentinaeque
28 deliciae. sed nihil libentius populus Romanus aspexit quam illas, quas ita timuerat, cum turribus suis beluas, quae non sine sensu captivitatis summissis cervicibus 15 victores equos sequebantur.

XIIII. BELLVM PICENS.

19 Omnis mox Italia pacem habuit — quid enim post Tarentum moliri auderent? — nisi quod ultro persequi
2 socios hostium placuit. domiti ergo Picentes et caput 20 gentis Asculum Sempronio duce, qui tremente inter proelium campo Tellurem deam promissa aede placavit.

XV. BELLVM SALLENTINVM.

20 Sallentini Picentibus additi caputque regionis Brundisium inclito portu M. Atilio duce. in hoc certamine vi- 25 ctoriae pretium templum sibi pastoria Pales ultro poposcit.

XVI. BELLVM VOLSINIENSE.

21 Postremi Italicorum in fidem venere Volsinii, opulentissimi Etruscorum, inplorantes opem adversus ser- 30 vos quondam suos, qui libertatem a dominis datam in ipsos erexerant translataque in se re publica dominabantur. sed hi quoque duce Fabio Gurgite poenas dederunt.

XVII. DE SEDITIONIBVS.

Haec est secunda aetas populi Romani et quasi adu- 22
lescentia, qua maxime viruit et quodam flore virtutis
exarsit ac ferbuit. ita quae inerat quaedam adhuc ex pa-
5 storibus feritas, quiddam [adhuc] spirabat indomitum.
inde est, quod exercitus Postumium imperatorem, infi- 2
tiantem quas promiserat praedas, facta in castris sedi-
tione lapidavit; quod sub Appio Claudio noluit vincere
hostem, cum posset; quod duce Volerone detractantibus
10 plerisque militiam, fracti consulis fasces. inde clarissi- 3
mos principes, quod adversarentur voluntati suae, exu-
latione multavit, ut Coriolanum colere agros iubentem
— nec minus ille ferociter iniuriam armis vindicasset,
nisi quod iam inferentem signa filium mater Veturia
15 lacrimis suis exarmavit; — ut ipsum Camillum, quod 4
inique inter plebem et exercitum divisisse Veientem
praedam videretur. sed hic melior Veis in capta urbe
consenuit et mox supplices de hoste Gallo vindicavit.
cum senatu quoque vehementius aequo bonoque certa- 5
20 tum est, adeo ut relictis sedibus solitudinem et interitum
patriae suae minaretur.

Prima discordia ob inpotentiam feneratorum. qui- 23
bus in terga quoque serviliter saevientibus, in sacrum
montem plebs armata secessit aegreque, nec nisi tribu-
25 nos impetrasset, Meneni Agrippae, facundi et sapientis
viri, auctoritate revocata est. extat orationis antiquae 2
satis efficax ad concordiam fabula, qua dissedisse quon-
dam humanos dixit artus, quod omnibus opere fungenti-
bus solus venter inmunis ageret; deinde moribundos ea
30 seiunctione redisse in gratiam, quando sensissent quod
eius opera redactis in sanguinem cibis inrigarentur.

Secundam in urbe media decemviratus libido con- 24
flavit. adlatas a Graecia leges decem principes lecti iu-
bente populo conscripserant, ordinataque erat in duode-
35 cim tabulis tota iustitia, cum tamen traditos fasces regio
quodam furore retinebant. ante ceteros Appius eo inso- 2
lentiae elatus est, ut ingenuam virginem stupro destina-

ret, oblitus et Lucretiae et regum et iuris quod ipse con-
3 posuerat. itaque cum oppressam iudicio filiam trahi in
servitutem videret Virginius pater, nihil cunctatus in
medio foro manu sua interfecit, admotisque signis commi-
litonum totam eam dominationem obsessam armis in car- 5
cerem et catenas ab Aventino monte detraxit.

25 Tertiam seditionem excitavit matrimoniorum digni-
tas, ut plebei cum patriciis iungerentur; qui tumultus in
monte Ianiculo duce Canuleio tribuno plebis exarsit.
26 quartam honorum cupido, ut plebei quoque magistratus 10
2 crearentur. Fabius Ambustus duarum pater alteram
Sulpicio patricii sanguinis dederat, alteram plebeius
3 Stolo sibi iunxit. qua quodam tempore, quod lictoriae
virgae sonum ignotum penatibus suis expaverat, a so-
4 rore satis insolenter inrisa, iniuriam non tulit. itaque 15
nanctus tribunatum honorum et magistratuum consor-
tium quamvis invito senatui extorsit.

5 Verum in ipsis seditionibus principem populum non
inmerito suspexeris. si quidem nunc libertatem, nunc
pudicitiam, tum natalium dignitatem, tum honorum de- 20
cora et insignia vindicavit, interque haec omnia nullius
6 acrior custos quam libertatis fuit, nullaque in pretium
eius potuit largitione corrumpi, cum ut in magno et in
dies maiore populo interim perniciosi cives existerent.
7 Cassium agraria lege, Maelium largitione suspectum re- 25
giae dominationis praesenti morte multavit. ac de Spu-
rio quidem supplicium pater ipsius sumpsit, hunc Quin-
ctii dictatoris imperio in medio foro magister equitum
8 Servilius Ahala confodit. Manlium vero Capitolii vin-
dicem, quia plerosque debitorum liberaverat altius et 30
incivilius se efferentem, ab illa ipsa quam defenderat
arce deiecit.

9 Talis domi ac foris, talis pace belloque populus Ro-
manus fretum illud adulescentiae, id est secundam im-
perii aetatem habuit, in qua totam inter Alpes fretumque 35
Italiam armis subegit.

XVIII. BELLVM PVNICVM PRIMVM.

Domita subactaque Italia populus Romanus prope II, 1
quingentensimum annum agens, cum bona fide adolevisset, si quod est robur, si qua iuventas, tum ille vere robustus et iuvenis par orbi terrarum esse coepit. ita — 2
mirum et incredibile dictu — qui prope quingentis annis domi luctatus est — adeo difficile fuerat dare Italiae caput — his ducentis annis qui secuntur Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit.

Igitur victor Italiae populus Romanus cum ad fre- II, 2
tum usque venisset, more ignis, qui cunctas populatus incendio silvas interveniente flumine abrumpitur, paulisper substitit. mox cum videret opulentissimam in pro- 2
ximo praedam quodam modo Italiae suae abscissam et quasi revolsam, adeo cupiditate eius exarsit, ut, quatenus nec mole iungi nec pontibus posset, armis belloque iungenda et ad continentem suam revocanda bello videtur. sed ecce, ultro ipsis viam pandentibus fatis, nec 3
occasio defuit, cum de Poenorum inpotentia foederata Siciliae civitas Messana quereretur. adfectabat autem ut Romanus ita Poenus Siciliam, et eodem tempore paribus uterque votis ac viribus imperium orbis agitabat. igitur 4
specie quidem socios iuvandi, re autem sollicitante praeda, quamquam territaret novitas rei, tamen — tanta in virtute fiducia est — ille rudis, ille pastorius populus vereque terrester ostendit nihil interesse virtutis, equis an navibus, terra an mari dimicaretur.

Appio Claudio consule primum fretum ingressus est 5
fabulosis infame monstris aestuque violentum, sed adeo non est exterritus, ut illam ipsam ruentis aestus violentiam pro munere amplecteretur, quod velocitas navium 6
mari iuvaretur, statimque ac sine mora Hieronem Syracusanum tanta celeritate devicit, ut ille ipse prius se victum quam hostem videret fateretur.

Duillio Cornelioque consulibus etiam mari congredi 7
ausus est. tum quidem ipsa velocitas classis conparatae

victoriae auspicium fuit. intra enim sexagesimum diem quam caesa silva fuerat centum sexaginta navium classis in anchoris stetit, ut non arte factae, sed quodam munere deorum conversae in naves adque mutatae arbo-
8 res viderentur. proelii vero forma mirabilis, cum illas 5 celeris volucrisque hostium navis hae graves tardaeque conprehenderent. longe illis nauticae artes, detorquere
9 remos et ludificari fuga rostra. iniectae enim ferreae manus machinaeque validae, ante certamen multum ab hoste derisae, coactique hostes quasi in solido decernere. 10 victor ergo aput Liparas mersa aut fugata hostium classe
10 primum illum maritimum egit triumphum. cuius quod gaudium fuit! cum Duillius imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi a cena rediret, praelucere funalia et praecinere sibi tibias iussit, 15
11 quasi cotidie triumpharet. prae tanta huius victoria leve damnum fuit alter consulum interceptus Asina Cornelius, qui simulato colloquio evocatus atque ita oppressus, fuit perfidiae Punicae documentum.

12 Calatino dictatore fere omnia praesidia Poenorum 20 Agrigento, Drepanis, Panhormo, Eryce Lilybaeoque
13 detraxit. trepidatum est semel circa Camerinensium saltum, sed eximia virtute Calpurni Flammae tribuni militum evasimus. qui lecta trecentorum manu insessum ab hostibus tumulum occupavit atque moratus hostes est, 25
14 dum exercitus omnis evaderet. ac sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit, hoc inlustrior noster, quod expeditioni tantae superfuit, licet nihil inscripserit sanguine.

15 Lucio Cornelio Scipione consule, cum iam Sicilia 30 suburbana esset populi Romani provincia, serpente la-
16 tius bello Sardiniam adnexamque Corsicam transiit. Olbiae hic, ibi Aleriae urbis excidio incolas terruit, adeoque omni terra et mari Poenos purgavit, ut iam victoriae nihil nisi Africa ipsa restaret. 35

17 Marco Atilio Regulo duce iam in Africam navigabat bellum. nec defuerant qui ipso Punici maris nomine ac terrore deficerent, insuper augente Nautio tribuno me-

tum, in quem, nisi paruisset, securi destricta imperator
metu mortis navigandi fecit audaciam. mox deinde ven- 18
tis remisque properatum est, tantusque terror hostici ad-
ventus Poenis fuit, ut apertis paene portis Carthago ca-
5 peretur. prooemium belli fuit civitas Clipea; prima enim 19
a Punico litore quasi arx et specula procurrit. et haec et
trecenta amplius castella vastata sunt. nec cum homini- 20
bus, sed cum monstris quoque dimicatum est, cum quasi
in vindictam Africae nata mirae magnitudinis serpens
10 posita aput Bagradam castra vexaverit. set omnium vi- 21
ctor Regulus cum terrorem nominis sui late circumtulis-
set cumque magnam vim iuventutis ducesque ipsos aut
cecidisset aut haberet in vinculis, classemque ingenti
praeda onustam et triumpho gravem in urbem praemi-
15 sisset, iam ipsam caput belli Carthaginem urguebat ob-
sidio ipsisque portis inhaerebat. hic paululum circum- 22
acta fortuna est, tantum ut plura essent Romanae virtutis
insignia, cuius fere magnitudo calamitatibus adprobatur.
nam conversis ad externa auxilia hostibus, cum Xan- 23
20 thippum illis ducem Lacedaemon misisset, a viro militiae
peritissimo vincimur foeda clade Romanisque usu inco-
gnita: vivus in manus hostium venit fortissimus impera-
tor. sed ille quidem par tantae calamitati fuit; nam nec
Punico carcere infractus est nec legatione suscepta.
25 quippe diversa quam hostis mandaverat censuit, ne pax 24
fieret, ne commutatio captivorum reciperetur. sed nec 25
illo voluntario ad hostis suos reditu nec ultimo sive car-
ceris seu crucis supplicio deformata maiestas; immo his
omnibus admirabilior quid aliud quam victor de victori-
30 bus atque etiam, quia Carthago non cesserat, de fortuna
triumphavit? populus autem Romanus multo acrior in- 26
tentiorque pro ultione Reguli quam pro victoria fuit.

Metello igitur consule spirantibus altius Poenis et 27
reverso in Siciliam bello, aput Panhormum sic hostes ce-
35 cidit, ne amplius eam insulam adgredi cogitarent. argu- 28
mentum ingentis victoriae centum circiter elephantorum
captivitas, sic quoque magna praeda, si gregem illum
non bello, sed venatione cepisset.

29 Appio Claudio consule non ab hostibus, sed a dis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat, ab his statim classe demersa, ubi ille praecipitari pullos iusserat, quod pugnare ab iis vetaretur.

30 Marco Fabio Buteone consule classem iam in Africo mari aput Aegimurum ostium in Italiam ultro na-
31 vigantem cecidit. quantusque tum triumphus tempestate intercidit, cum opulenta praeda classis adversis acta ventis naufragio suo Africam et Syrtis et omnium inter-
32 iacentium insularum litora implevit! magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, interceptam tempestate victoriam et triumphum perisse naufragio. et tamen cum Punicae praedae omnibus promunturiis insulisque fluitarent, populus Romanus et sic triumphavit.

33 Lutatio Catulo consule tandem bello finis inpositus aput insulas, quibus nomen Aegatae, nec maior alias in
34 mari pugna. aderat quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis classis et in ea quasi tota Car-
35 thago; quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, levis, expedita et quodam genere castrensis ad similitudinem pugnae equestris sic remis quasi habenis agebatur, et in hos vel illos ictus mobilia rostra speciem viven-
36 tium praeferebant. itaque momento temporis laceratae hostium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pela-
37 gus naufragio suo operuerunt. tanta denique fuit illa victoria, ut de excindendis hostium moenibus non quaereretur. supervacuum visum est in arcem murosque saevire, cum iam in mari esset deleta Carthago.

XVIIII. BELLVM LIGVRICVM.

II, 3 Peracto Punico bello secuta est brevis sane quasi ad recuperandum spiritum requies, argumentumque pacis et bona fide cessantium armorum tum primum post Numam clausa porta Iani fuit; deinceps statim ac sine mora
2 patuit. quippe iam Ligures, iam Insubres Galli, nec non et Illyrici lacessebant, sitae sub Alpibus, id est sub ipsis Italiae faucibus gentes, deo quodam incitante adsidue,
3 ne rubiginem ac situm scilicet arma sentirent. denique

utrique cotidiani et quasi domestici hostes tirocinia militum inbuerant, nec aliter utraque gente quam quasi cote quadam populus Romanus ferrum suae virtutis acuebat.

Liguras, imis Alpium iugis adhaerentis inter Varum 4
et Magram flumen inplicitosque dumis silvestribus, maior aliquanto labor erat invenire quam vincere. tuti locis et fuga, durum adque velox genus, ex occasione latrocinia magis quam bella faciebant. itaque cum diu multum- 5
que eluderent Saluvii, Deciates, Oxubii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum igni saepsit, Baebius in plana deduxit, Postumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum quo terra coleretur.

XX. BELLVM GALLICVM.

Gallis Insubribus et his accolis Alpium animi fera- II, 4
rum, corpora plus quam humana erant, sed — experimento deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis maior quam virorum est, ita sequens minor quam feminarum — Alpina corpora umente caelo educata habent quiddam 2
simile nivibus suis: cum vix caluere pugna, statim in su-
dorem eunt et levi motu quasi sole laxantur. hi saepe et 3
alias et Brittomaro duce non prius posituros se baltea quam Capitolium ascendissent iuraverant. factum est; victos enim Aemilius in Capitolio discinxit. mox Ario- 4
visto duce vovere de nostrorum militum praeda Marti
suo torquem. intercepit Iuppiter votum; nam de torqui- 5
bus eorum aureum tropaeum Iovi Flaminius erexit. Viridomaro rege Romana arma Volcano promiserant. aliorsum vota ceciderunt; occiso enim rege Marcellus tertia post Romulum patrem Feretrio Iovi opima suspendit.

XXI. BELLVM ILLYRICVM.

Illyrii seu Liburni sub extremis Alpium radicibus II, 5
agunt inter Arsiam Titiumque flumen, longissime per totum Hadriani maris litus effusi. hi regnante Teutana 2
muliere populationibus non contenti licentiae scelus ad-
diderunt. legatos quippe nostros, ob ea quae deliquerant 3
iure agentes, ne gladio quidem, sed ut victimas securi

percutiunt, praefectos navium igne comburunt; idque,
4 quo indignius foret, mulier imperavit. itaque Gneo Fulvio Centimalo duce late domantur. strictae secures in principum colla legatorum manibus litavere.

XXII. BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

II, 6 Post primum Punicum bellum vix quadriennii requies: ecce alterum bellum, minus quidem spatio — nec enim amplius decem et octo annos habet —, sed adeo cladium atrocitate terribilius, ut, si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus ille qui vicit.
2 urebat nobilem populum mare ablatum, raptae insulae, dare tributa, quae iubere consueverat. hinc ultionem puer Annibal ad aram patris iuraverat, nec morabatur.
3 igitur in causam belli Saguntos electa est, vetus Hispaniae civitas et opulenta fideique erga Romanos magnum
4 quidem set triste monimentum, quam in libertatem communi foedere exceptam Annibal, causas novorum motuum quaerens, et suis et ipsorum manibus evertit, ut
5 Italiam sibi rupto foedere aperiret. summa foederum Romanis religio est; itaque ad auditum sociae civitatis obsidium, memores icti cum Poenis quoque foederis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri
6 malunt. *Saguntini* interim iam novem mensibus fessi fame machinis ferro, versa denique in rabiem fide inmanem in foro excitant rogum, tum desuper se suosque cum omni-
7 bus opibus suis ferro et igne corrumpunt. huius tantae cladis auctor Annibal poscitur. tergiversantibus Poenis dux legationis 'quae' inquit 'mora est? [Fabius] in hoc ego sinu bellum pacemque porto; utrum eligitis?' succlamantibus bellum, 'bellum igitur' inquit 'accipite.' et excusso in media curia togae gremio non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit.
8 Similis exitus belli initiis fuit. nam quasi has inferias sibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico parricidio incendioque mandassent, ita manibus eorum vastatione Italiae, captivitate Africae, ducum et regum qui
9 id gessere bellum exitio parentatum est. igitur ubi semel

se in Hispania movit illa gravis et luctuosa Punici belli vis adque tempestas destinatumque Romanis iam diu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam impetu rapta medias perfregit Alpes et in Italiam ab illis fabu-
5 losae altitudinis nivibus velut caelo missa descendit.

Ac primi quidem impetus turbo inter Padum atque 10
Ticinum valido statim fragore detonuit. tum Scipione duce fusus exercitus; saucius etiam ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem praetex-
10 tatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset. hic erit 11
Scipio, qui in exitium Africae crescit, nomen ex malis eius habiturus.

Ticino Trebia succedit. hic secunda Punici belli 12
procella desaevit Sempronio consule. tum callidissimi
15 hostes, frigidum et nivalem nancti diem, cum se ignibus prius oleoque fovissent — horribile dictu — homines a meridie et sole venientes, nostra nos hieme vicerunt.

Trasumennus lacus, tertium fulmen Annibalis, im- 13
peratore Flaminio ars nova Punicae fraudis. quippe ne-
20 bula lacus palustribusque virgultis tectus equitatus terga
subito pugnantium invasit. nec de dis possumus queri. 14
inminentem temerario duci cladem praedixerant insidentia signis examina et aquilae prodire nolentes et commissam aciem secutus ingens terrae tremor; nisi illum
25 horrorem soli equitum virorumque discursus et mota vehementius arma fecerunt.

Quartum id est paene ultimum volnus imperii Can- 15
nae, ignobilis Apuliae vicus; sed magnitudine cladis emersit et sexaginta milium caede parta nobilitas. ibi in
30 excidium infelicis exercitus dux, terra, caelum, dies,
tota rerum natura consensit. si quidem non contentus 16
simulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt, insuper callidus imperator in patentibus campis, observato loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus
35 et plurimus pulvis et eurus ab oriente semper quasi ex constituto, ita instruxit aciem, ut, Romanis adversus haec omnia obversis, secundum caelum tenens vento pulvere et sole pugnaret. itaque duo maximi exercitus 17

caesi ad hostium satietatem, donec Annibal diceret militi
suo 'parce ferro.' ducum fugit alter, alter occisus est;
dubium, uter maiore animo. Paulum puduit, Varro non
18 desperavit. documenta cladis cruentus aliquandiu Aufi-
dus, pons de cadaveribus iussu ducis factus in torrente 5
Vergello, modii duo anulorum Carthaginem missi digni-
19 tasque equestris taxata mensura. dubium deinde non
erit quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma quin-
tumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit,
si, quod Poenum illum dixisse Maharbalem Bomilcaris 10
ferunt, Annibal quem ad modum sciret vincere, sic uti
20 victoria scisset. set tum quidem illum, ut dici volgo solet,
aut fatum urbis imperaturae aut ipsius mens mala et
21 aversi a Carthagine di in diversum abstulerunt. cum vic-
toria posset uti, frui maluit, relictaque Roma Campaniam 15
Tarentumque perrexit; ubi mox et ipsius et exercitus
ardor elanguit, adeo ut vere dictum sit Capuam Annibali
22 Cannas fuisse. si quidem invictum Alpibus indomitum-
que armis Campani — quis crederet? — soles et tepen-
tes fontibus Baiae subegerunt. 20

23 Permissum est interim respirare Romanis et quasi
ab inferis emergere. arma non erant: detracta sunt tem-
plis. deerat iuventus: in sacramentum liberata servitia.
24 egebat aerarium: opes suas senatus in medium libens
protulit, nec praeter quod in bullis singulisque anulis 25
erat quicquam sibi auri reliquerunt. eques secutus ex-
25 emplum imitataeque equitem tribus. denique vix suffe-
cere tabulae, vix scribarum manus Laevino Marcelloque
consulibus, cum privatorum opes in publicum referren-
26 tur. quid autem? in eligendis magistratibus quae cen- 30
turiarum sapientia, cum iuniores a senioribus consilium
de creandis consulibus petiverunt. quippe adversus ho-
stem totiens victorem, tam callidum non virtute tantum,
sed suis etiam pugnare consiliis oportebat.

27 Prima redeuntis et, ut ita dixerim, revivescentis im- 35
perii spes Fabius fuit, qui novam de Annibale victoriam
commentus est, non pugnare. hinc illi cognomen novum
et rei publicae salutare cunctator; hinc illud ex populo,

ut imperii scutum vocaretur. itaque per Samnium totum, 28
per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Anni-
balem, ut, quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. inde Claudio Marcello duce etiam congredi au- 29
5 sus comminus venit et reppulit in Campaniam suam et ab
obsidione Nolae urbis exclusit. ausus et Sempronio Grac- 30
cho duce per Lucaniam sequi et premere terga cedentis,
quamvis tum — pudor! — servili pugnaret exercitu;
nam hucusque tot mala conpulerant. sed libertate donati
10 fecerunt de servis se virtute Romanos. o horribilem in 31
tot adversis fiduciam! o singularem animum ac spiritum
populi Romani! tam artis adflictisque rebus, ut de Italia
sua dubitare debuisset, ausus tamen est in diversa respicere, cumque hostis in iugulo per Campaniam Apuliam- 32
15que volitaret mediamque de Italia Africam faceret, eodem tempore et hunc sustinebat et in Siciliam, Sardiniam,
Hispaniam divisa per terrarum orbem arma mittebat.

Sicilia mandata Marcello. nec diu restitit; tota enim 33
insula in una urbe superata est. grande illud et ante id
20 tempus invictum caput, Syracusae, quamvis Archimedis
ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. longe illi 34
triplex murus totidemque arces, portus ille marmoreus
et fons celebratus Arethusae; nisi quod hactenus profuere, ut pulchritudini victae urbis parceretur.

25 Sardiniam Gracchus arripuit. sed nihil illi gentium 35
feritas insanorumque — nam sic vocantur — inmanitas
montium profuere. saevitum in urbes urbemque urbium
Caralim, ut gens contumax vilisque mortis saltem desiderio patrii soli domaretur.

30 In Hispaniam missi Gneus et Publius Scipiones 36
paene totam Poenis eripuerant, sed insidiis Punicae
fraudis oppressi rursum amiserant, magnis quidem illi
proeliis cum Punicas opes cecidissent. set Punicae insidiae alterum ferro castra metantem, alterum, cum iam
35 evasisset in turrem, cinctum facibus oppresserant. igitur 37
in ultionem patris ac patrui missus cum exercitu Scipio,
cui iam grande de Africa nomen fata decreverant, bella- 38
tricem illam, viris armisque nobilem Hispaniam, illam

seminarium hostilis exercitus, illam Annibalis eruditricem — incredibile dictu — totam a Pyrenaeis montibus in Herculis columnas et Oceanum recuperavit, nescias
39 citius an felicius. quam velociter, quattuor anni fatentur; quam facile, vel una civitas probat. eodem quippe quo obsessa est die capta est, omenque Africanae victoriae
40 fuit, quod tam facile victa est Hispaniae Carthago. certum est tamen ad profligandam provinciam maxime profecisse singularem ducis sanctitatem, quippe qui captivos pueros puellasque praecipuae pulchritudinis barbaris restitueret, ne in conspectum suum quidem passus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur.

41 Haec in diversa terrarum populus Romanus, nec ideo tamen visceribus Italiae inhaerentem summovere poterat Annibalem. pleraque ad hostem defecerant, et dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus
42 utebatur. iam tamen eum plerisque oppidis et regionibus excusseramus, iam Tarentum ad nos redierat, iam et Capua, sedes domus et patria altera Annibalis, teneba-tur, cuius amissio tantum Poeno duci dolorem dedit, ut
43 inde totis viribus Romam converteretur. o populum dignum orbis imperio dignumque omnium favore et admiratione hominum ac deorum! conpulsus ad ultimos metus ab incepto non destitit, et de sua urbe sollicitus Capuam tamen non omisit; sed parte exercitus sub Appio consule relicta, parte Flaccum in urbem secuta, absens simul
44 praesensque pugnabat. quid ergo miramur moventi castra a tertio lapide Annibali iterum ipsos deos restitisse?
45 deos inquam, nec fateri pudebit. tanta enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa est, tanta ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem summovere non a caelo, sed ab urbis ipsius moenibus et Capitolio videre-
46 tur. fugit et cessit et in ultimum se Italiae recepit sinum,
47 cum urbem tantum non adoratam reliquisset. parva res dictu sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax, quod illis ipsis quibus obsidebatur diebus ager, quem Annibal castris insederat, venalis Romae fuit

hastaeque subiectus invenit emptorem. voluit Annibal 48
contra imitari fiduciam subiecitque argentarias urbis ta-
bernas; nec sector inventus est, ut scias etiam praesagia
fatis adfuisse.

5 Nihil actum erat tanta virtute, tanto favore etiam 49
deorum, si quidem ab Hispania Hasdrubal frater Anni-
balis cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole
veniebat. actum erat procul dubio, si vir ille se cum fra- 50
tre iunxisset. set hunc quoque, tantum quod ab Alpe de-
10 scenderat, aput Metaurum castra metantem Claudius
Nero cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimum 51
Italiae angulum summoverat Annibalem, Livius in di-
versissimam partem, id est in ipsas nascentis Italiae fau-
ces signa converterat. tanto, id est omni, qua longissima 52
15 est Italia, solo interiacente, quo consilio, qua celeritate
consules castra coniuncxerint, inopinatumque hostem
conlatis signis oppresserint, neque id fieri Annibal sen-
serit, difficile dictu est. certe Annibal re cognita cum 53
proiectum fratris caput ad sua castra vidisset, 'agnosco'
20 inquit 'infelicitatem Carthaginis.' haec fuit illius viri
non sine praesagio quodam fati inminentis prima con-
fessio.

Iam certum erat Annibalem etiam ipsius confes- 54
sione posse vinci; sed tot rerum prosperarum fiducia ple-
25 nus populus Romanus magni aestimabat, asperrimum
hostem in sua Africa debellare. duce igitur Scipione in 55
ipsam Africam tota mole conversus imitari coepit Anni-
balem et Italiae suae clades in Africa vindicare. quas 56
ille, dii boni, Hasdrubalis copias fudit, quos Syphacis
30 Numidici regis equitatus! quae quantaque utriusque
classis castra facibus inlatis una nocte delevit! denique
iam non a tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas ob-
sidione quatiebat. sic factum ut inhaerentem atque in- 57
cubantem Italiae extorqueret Annibalem. non fuit maior 58
35 sub imperio Romano dies quam ille, cum duo omnium et
antea et postea ducum maxime duces, ille Italiae, hic Hi-
spaniae victor, conlatis comminus signis direxere aciem.
sed et conloquium fuit inter ipsos de legibus pacis et ste-

59 terunt diu mutua admiratione defixi. ubi de pace non
60 convenit, signa cecinere. constat utriusque confessione nec melius instrui aciem nec acrius potuisse pugnari; hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu
61 praedicaverunt. sed tamen Annibal cessit, praemiumque victoriae Africa fuit et secutus Africam statim terrarum orbis.

XXIII. BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

II, 7 Post Carthaginem vinci neminem puduit. statim Africam secutae sunt gentes, Macedonia, Graecia, Syria ceteraque omnia quodam quasi aestu et torrente fortu-
2 nae, sed primi omnium Macedones, adfectator quondam imperii populus. itaque quamvis tum Philippus regno praesideret, Romani tamen dimicare sibi cum rege Ale-
3 xandro videbantur. Macedonicum bellum nomine am-
4 plius quam spectatione gentis fuit. causa coepit a foedere Philippi, quo rex iam pridem dominantem in Italia Annibalem sibi socium iunxerat; postea crevit inplorantibus Athenis auxilium contra regis iniurias, cum ille ultra ius victoriae in templa et aras et sepulcra ipsa saeviret.
5 placuit senatui opem tantis ferre supplicibus. quippe iam gentium reges duces, populi nationes praesidia sibi
6 ab hac urbe repetebant. primum igitur Laevino consule populus Romanus Ionium mare ingressus, tota Graeciae
7 litora velut triumphanti classe peragravit. spolia quippe Siciliae, Sardiniae, Hispaniae, Africae praeferebat, et manifestam victoriam nata in praetoria puppi laurus pol-
8 licebatur. aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant Rhodii, nauticus populus, qui navibus a mari, consul a terris omnia equis virisque quatiebat.
9 bis victus, bis fugatus rex, bis exutus castris, cum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso volnerum aspectu, quae non spiculis nec sagittis nec ullo Graeculo ferro, sed ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis ultra
10 mortem patebant. enimvero Flaminino duce invios antea Chaonum montes Aoumque amnem per abrupta vaden-
11 tem et ipsa Macedoniae claustra penetravimus. introisse

victoria fuit. nam postea numquam ausus congredi rex
ad tumulos, quos Cynocephalas vocant, uno ac ne hoc
quidem iusto proelio opprimitur. et illi quidem consul 12
pacem dedit regnumque concessit, mox, ne quid esset
5 hostile, Thebas et Euboeam et grassantem sub Nabide
tyranno suo et Lacedaemona conpescuit. Graeciae vero 13
veterem statum reddidit, ut legibus viveret suis et avita
libertate frueretur. quae gaudia, quae vociferationes 14
fuerunt, cum hoc forte Nemeae in theatro quinquenna-
10 libus ludis a praecone caneretur! quo certavere plausu!
quid florum in consulem profuderunt! et iterum iterum- 15
que praeconem repetere vocem illam iubebant, qua li-
bertas Achaiae pronuntiabatur, nec aliter illa consulari
sententia quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium
15 cantu fruebantur.

XXIIII. BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

Macedoniam Asia statim et regem Philippum An- II, 8
tiochus excepit quodam casu, quasi de industria sic ad-
gubernante fortuna, ut quem ad modum ab Africa in
20 Achaiam, sic ab Achaia in Asiam ultro se suggerentibus
causis imperium procederet, et cum terrarum orbis situ
ipse ordo victoriarum navigaret. non aliud formidolo- 2
sius fama bellum fuit; quippe cum Persas et orientem,
Xerxen adque Darium cogitarent, quando perfossi invii
25 montes, quando velis opertum mare nuntiaretur. ad hoc 3
caelestes minae territabant, cum umore continuo Cuma-
nus Apollo sudaret. sed hic faventis Asiae suae numinis
timor erat. nec sane viris opibus armisque quicquam co- 4
piosius Syria; sed in manus tam ignavi regis inciderat,
30 ut nihil fuerit in Antiocho speciosius quam quod a Ro-
manis victus est. inpulere regem in id bellum illinc Tho- 5
as Aetoliae princeps, inhonoratam apud Romanos que-
rens adversus Macedonas militiae suae societatem, hinc
Annibal, qui in Africa victus, profugus et pacis inpatiens
35 hostem populo Romano toto orbe quaerebat. et quod 6
illud fuisset periculum, si se consiliis eius rex tradidis-
set, id est si Asiae viribus usus fuisset imperator Anni-

bal? sed rex suis opibus et nomine regio fretus satis ha-
7 buit bellum movere. Europa iam dubio procul iure belli
ad Romanos pertinebat. hic Lysimachiam, urbem in lito-
re Thracio positam a maioribus suis, Antiochus ut heredi-
8 tario iure repetebat. hoc velut sidere Asiatici belli mota 5
tempestas. set maximus regum, contentus fortiter indi-
xisse bellum, cum ingenti strepitu ac tumultu movisset ex
Asia, occupatis statim insulis Graeciaeque litoribus otia
9 et luxus quasi victor agitabat. Euboean insulam continenti
adhaerentem tenui freto reciprocantibus aquis Euripus 10
abscindit. hic ille positis aureis sericisque tentoriis
sub ipso freti murmure, cum praefluentes aquae tibiis
fidibusque concinerent, conlatis undique quamvis per
hiemem rosis, ne non aliquo genere ducem ageret, vir-
10 ginum puerorumque dilectus habebat. talem ergo regem 15
iam luxuria sua debellatum Acilio Glabrione consule
populus Romanus in insula adgressus ipso statim ad-
11 ventus sui nuntio coëgit ab insula fugere. tum praeci-
pitem aput Thermopylas adsecutus, locum trecentorum
Laconum speciosa clade memorandum, ne ibi quidem 20
fiducia loci resistentem mari ac terra cedere coëgit.
12 statim et e vestigio itur in Syriam. classis regia Po-
lyxenidae Annibalique commissa — nam rex proelium
nec spectare poterat, — duce Aemilio Regillo, adre-
13 migantibus Rhodiis tota laceratur. ne sibi placeant 25
Athenae, in Antiocho vicimus Xerxen, in Aemilio Al-
cibiadem aequavimus, Epheso Salamina pensavimus.
14 tum consule Scipione, cui frater, ille modo victor Car-
thaginis Africanus, aderat voluntaria legatione, debel-
lari regem placet. et iam toto cesserat mari, sed nos 30
15 imus ulterius. Maeandrum ad amnem montemque Si-
pylum castra ponuntur. hic rex incredibile dictu quibus
16 auxiliis, quibus copiis consederat. trecenta milia pe-
ditum, equitum falcatorumque curruum non minor nu-
merus. elephantis ad hoc inmensae magnitudinis, auro 35
purpura argento et suo ebore fulgentibus, aciem utrim-
17 que vallaverat. sed haec omnia praepedita magnitudine
sua, ad hoc imbre, qui subito superfusus mira felicitate

Persicos arcus corruperat; primum trepidatio, mox fuga,
deinde triumphus fuerunt. victo et supplici pacem par- 18
temque regni dari placuit eo libentius, quod tam facile
cessisset.

XXV. BELLVM AETOLVM.

Syriaco bello successit, et debebat, Aetolum. victo II, 9
quippe Romanus Antiocho faces Asiatici belli perse-
quebatur. ergo Fulvio Nobiliori mandata ultio est. hic 2
protinus caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi, ma-
chinis quatit. secuta deditio est. aderant Aetolorum 3
precibus Attici, Rhodii, et memineramus auxilii: sic
placuit ignoscere. serpsit tamen latius in proximos 4
bellum omnemque late Cephalleniam, Zacynthon et
quidquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes
iugumque Maleum: Aetoli belli accessio fuerunt.

XXVI. BELLVM HISTRICVM.

Histri secuntur Aetolos; quippe bellantes eos II, 10
nuper adiuverant. et initia pugnae hosti prospera fue- 2
runt eademque exitii causa. nam cum Gnei Manlii
castra cepissent opimaeque praedae incubarent, epu-
lantes ac ludibundos plerosque, qui aut ubi essent prae
poculis nescientes, Appius Pulcher invadit. sic cum 3
sanguine et spiritu male partam revomuere victoriam.
ipse rex Aepulo equo inpositus, cum subinde crapula et
capitis errore lapsaret, captum sese vix et aegre, post-
quam expergefactus est, didicit.

XXVII. BELLVM GALLOGRAECVM.

Gallograeciam quoque Syriaci belli ruina con- II, 11
volvit. fuerint inter auxilia regis Antiochi, an fuisse 2
cupidus triumphi Manlius Vulso simulaverit, dubium;
at certe negatus est victori triumphus, quia causam 3
belli non adprobavit. ceterum gens Gallograecorum,
sicut ipsum nomen indicio est, mixta et adulterata est:
reliquiae Gallorum, qui Brenno duce vastaverant Grae-
ciam, orientem secuti, in media Asiae parte sederunt;

4 itaque, uti frugum semina mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum Asiatica amoenitate mollita
5 est. duobus itaque proeliis fusi fugatique sunt, quamvis sub adventu hostis relictis sedibus in altissimos se montes recepissent. Tolostobogi Olympum, Tectosagi 5 Magaba insederant. utrimque fundis sagittisque detracti
6 in perpetuam se pacem dediderunt. sed alligati miraculo quidam fuere, cum catenas morsibus et ore temptassent, cum offocandas invicem fauces praebuissent. nam Orgiacontis uxor a centurione stuprum passa me- 10 morabili exemplo custodiam evasit, revolsumque adulteri hostis caput ad maritum reportavit.

XXVIII. BELLVM MACEDONICVM SECVNDVM.

II, 12 Dum aliae aliaeque gentes Syriaci belli secuntur
2 ruinam, Macedonia rursus se erexit. fortissimum po- 15 pulum memoria et recordatio suae nobilitatis agitabat, et successerat Philippo filius Perses, qui semel in perpetuum victam esse Macedoniam non putabat ex gentis
3 dignitate. multo vehementius sub hoc Macedones quam sub patre exurgunt. quippe Thracas in res suas tra- 20 xerant, adque ita industriam Macedonum viribus Thracum, ferociam Thracum disciplina Macedonica tempe-
4 ravere. accessit his consilium ducis, qui situm regionum suarum a summo speculatus Haemo positis per abrupta castris ita Macedoniam suam armis ferroque 25 vallaverat, ut non reliquisse aditum nisi a caelo ven-
5 turis hostibus videretur. tamen Marcio Philippo consule eam provinciam ingressus populus Romanus, exploratis diligenter accessibus per Astudam paludem Perrhaebosque tumulos illa volucribus quoque, ut vi- 30 debantur, invia accessit, regemque securum et nihil tale metuentem subita belli inruptione deprehendit.
6 cuius tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare iusserit mergi ne periret, et classem cremari ne incen-
7 deretur. Paulo consule, cum maiora et crebriora essent 35 inposita praesidia, per alias vias Macedonia deprensa est, summa quidem arte et industria ducis, cum alia

minatus alia inrupisset. cuius adventus ipse adeo 8
terribilis regi fuit, ut interesse non auderet, sed ge-
renda ducibus bella mandaverit. absens ergo victus 9
fugit in maria insulamque Samothracen, fretus celebri
religione, quasi templa et arae possent defendere, quem
nec montes sui nec arma potuissent. nemo regum diu- 10
tius amissae fortunae conscientiam retinuit. supplex
cum scriberet ad imperatorem ab illo quo confugerat
templo nomenque epistolae notaret suum, regem addi-
dit. sed nec reverentior captae maiestatis alius Paulo
fuit. cum in conspectum venisset hostis, in tribunal 11
recepit et conviviis adhibuit liberosque admonuit suos
ut fortunam, cui tantum liceret, revererentur. inter 12
pulcherrimos hunc quoque populus Romanus de Ma-
cedonia duxit ac vidit triumphum, quippe cuius spec-
taculo triduum impleverit. primus dies signa tabulas- 13
que, sequens arma pecuniam transvexit, tertius cap-
tivos ipsumque regem adtonitum adhuc tamquam subito
malo et stupentem. sed multo prius gaudium victoriae 14
populus Romanus quam epistulis victoris praeceperat.
quippe eodem die, quo victus est Perses in Macedo-
nia, Romae cognitum est, cum duo iuvenes candidis 15
equis apud Iuturnae lacum pulverem et cruorem ab-
luebant. hi nuntiavere. Castorem et Pollucem fuisse
creditum volgo, quod gemini fuissent; interfuisse bello,
quod sanguine maderent; a Macedonia venire, quod
adhuc anhelarent.

XXVIIII. BELLVM ILLYRICVM SECVNDVM.

Macedonici belli contagio traxit Illyrios; si II, 13
quidem, ut Romanum a tergo distringerent, a Perse
rege conducti pecunia militaverunt. sine mora ab Ani- 2
cio praetore subiguntur. Scodram caput gentis delesse
suffecit; statim secuta deditio est. denique hoc bellum
ante finitum est quam geri Romae nuntiaretur.

XXX. BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.

Quodam fato, quasi ita convenisset inter Poenos II, 14

et Macedonas ut tertio quoque vincerentur, eodem tem-
2 pore utrique arma moverunt. sed prior iugum excutit
Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.
3 causa belli prope erubescenda. quippe regnum pariter
et bellum vir ultimae sortis Andriscus invaserat, du- 5
bium liber an servus, mercennarius certe; sed quia
vulgo Philippus Persae filius vocabatur, regiam for-
mam, regium nomen, animum quoque regis implevit.
4 igitur dum haec ipsa contemnit populus Romanus, Iu-
ventio praetore contentus, virum non Macedonicis mo- 10
do sed Thraciae quoque auxiliis ingentibus validum
temere temptavit invalidus, quique non a veris regibus,
5 ab illo imaginario et scaenico rege superatus est. sed
consul Metellus amissum cum legione praetorem ple-
nissime ultus est. nam et Macedoniam servitute mul- 15
tavit et ducem belli deditum ab eo ad quem confu-
gerat Thraciae regulo in urbem in catenis reduxit,
hoc quoque illi in malis suis indulgente fortuna, ut de
eo populus Romanus quasi de rege vero triumpharet.

XXXI. BELLVM PVNICVM TERTIVM. 20

II, 15 Tertium Punicum bellum et tempore exiguum (nam
quadriennio raptum est) et in comparationem priorum mi-
nimum labore (non enim tam cum viris quam cum ipsa
urbe pugnatum est) et plane maximum eventu: quippe
2 tandem Carthago finita est. adquin si quis trium tempo- 25
rum momenta consideret, primo commissum est Puni-
cum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum
3 est. sed huius causa belli, quod contra foederis legem
adversus Numidas quidem, sed parassent classem et ex-
4 ercitum. frequens autem Massinissa finis territabat; sed 30
huic ut bono socioque regi favebatur. cum de bello sede-
ret, de belli fine tractatum est. Cato inexpiabili odio de-
lendam esse Carthaginem, et cum de alio consuleretur,
5 pronuntiabat, Scipio Nasica servandam, ne metu ablato
aemulae luxuriari felicitas urbis inciperet; medium sena- 35
6 tus elegit, ut urbs tantum loco moveretur. nihil enim spe-
ciosius videbatur quam esse Carthaginem, quae non ti-

meretur. igitur Manilio Censorinoque consulibus popu- 7
lus Romanus adgressus Carthaginem spe pacis iniecta
traditam a volentibus classem sub ipso ore urbis incen-
dit. tum evocatis principibus, si salvi esse vellent, ut 8
5 migrarent finibus imperavit. quod pro rei atrocitate adeo
movit iras, ut extrema mallent. comploratum igitur pu-
blice statim et pari voce clamatum est 'ad arma!' sedit- 9
que sententia, quoquo modo rebellandum; non quia iam
spes ulla superesset, sed quia patriam suam mallent ho-
10 stium quam suis manibus everti. qui rebellantium fuerit 10
furor, vel hinc intellegi potest, quod in usum novae clas-
sis tecta domuum resciderunt; in armorum officinis au-
rum et argentum pro aere ferroque conflatum est, in tor-
mentorum vincula crinis suos matronae contulerunt.
15 Mancino deinde consule terra marique fervebat obsidio.
operti portus, nudatus est primus et sequens, iam et ter- 11
tius murus, cum tamen Byrsa, quod nomen arci fuit,
quasi altera civitas resistebat. quamvis profligato urbis 12
excidio tamen fatale Africae nomen Scipionum videbatur.
20 igitur in alium Scipionem conversa res publica finem
belli reposcebat. hunc Paulo Macedonico procreatum
Africani illius magni filius decus gentis adsumpserat,
hoc scilicet fato, ut quam urbem concusserat avus nepos
eius everteret. sed quem ad modum maxime mortiferi 13
25 morsus solent esse morientium bestiarum, sic plus nego-
tii fuit cum semiruta Carthagine quam cum integra. con-
pulsis in unam arcem hostibus portum quoque mari Ro- 14
manus obstruxerat. illi alterum sibi portum ab alia urbis
parte foderunt, nec ut fugerent; sed qua nemo illos nec
30 evadere posse credebat, inde quasi nata subito classis
erupit, cum interim iam diebus, iam noctibus nova ali- 15
qua moles, nova machina, nova perditorum hominum
manus quasi ex obruto incendio subita de cineribus
flamma prodibat. deploratis novissime rebus triginta sex 16
35 milia virorum se dediderunt, quo minus credas, duce
Hasdrubale. quanto fortius femina et uxor ducis! quae 17
conprehensis duobus liberis a culmine se domus in me-
dium misit incendium, imitata reginam quae Carthagi-

18 nem condidit. quanta urbs deleta sit, ut de ceteris taceam, de ignis mora probari potest. quippe per continuos decem et septem dies vix potuit incendium extingui quod domibus ac templis suis sponte hostes inmiserant; ut, quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet.

XXXII. BELLVM ACHAICVM.

II, 16 Quasi saeculum illud eversionibus urbium curreret, Carthaginis ruinam statim Corinthus excepit, Achaiae caput, Graeciae decus, inter duo maria, Ionium et Aegaeum, quasi spectaculo exposita. haec — facinus indignum — ante oppressa est quam in numero certorum ho-
2 stium referretur. Critolaus causa belli, qui libertate a Romanis data adversus ipsos usus est legatosque Roma-
3 nos, dubium an et manu, certe oratione violavit. igitur Metello ordinanti cum maxime Macedoniae *statum* mandata est ultio; et hinc Achaicum bellum. ac primum Critolai manum Metellus consul per patentis Elidos campos
4 toto cecidit Alphio. et uno proelio peractum erat bellum; iam enim urbem ipsam terrebat obsidio; sed — fata rerum — cum Metellus dimicasset, ad victoriam Mummius
5 intervenit. hic alterius ducis Diaei exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit geminosque portus sanguine infecit. tum ab incolis deserta civitas direpta primum, deinde
6 tuba praecinente deleta est. quid signorum, quid vestium quidve tabularum raptum incensumque adque proiectum est! quantas opes et abstulerit et cremaverit hinc scias, quod quidquid Corinthii aeris toto orbe lau-
7 datur incendio superfuisse comperimus. nam et aeris notam pretiosiorem ipsa opulentissimae urbis fecit ruina, quia incendio permixtis plurimis statuis atque simulacris aeris auri argentique venae in commune fluxerunt.

XXXIII. RES IN HISPANIA GESTAE.

II, 17 Vt Carthaginem Corinthus, ita Corinthum Numantia secuta est; nec deinde orbe toto quicquam intactum
2 armis fuit. post illa duo clarissimarum urbium incendia late atque passim, nec per vices, sed simul pariter quasi

unum undique bellum fuit; prorsus ut scintillae quasi agitantibus ventis diffudisse quaedam belli incendia orbe toto viderentur.

Hispaniae numquam animus fuit adversum nos uni- 3
5 versae consurgere, numquam conferre vires suas libuit, neque aut imperium experiri aut libertatem tueri suam publice. alioquin ita undique mari Pyrenaeoque vallata est, ut ingenio situs ne adiri quidem potuerit. sed ante 4
a Romanis obsessa est quam se ipsa cognosceret, et sola
10 omnium provinciarum vires suas postquam victa est intellexit. in hac prope ducentos per annos dimicatum 5
est a primis Scipionibus in primum Caesarem Augustum, non continuo nec cohaerenter, sed prout causae lacessierant, nec cum Hispanis initio, sed cum Poenis in Hi-
15 spania. inde contagium ac series causaeque bellorum.

Prima per Pyrenaeum iugum signa Romana Pu- 6
blius et Gneus Scipiones intulerunt proeliisque ingentibus Annonem et Hasdrubalem fratres Annibalis ceciderunt; raptaque erat impetu Hispania, nisi fortissimi
20 viri in ipsa victoria sua oppressi Punica fraude cecidissent, terra marique victores. igitur quasi novam in- 7
tegramque provinciam ultor patris et patrui Scipio ille mox Africanus invasit, isque statim capta Carthagine et aliis urbibus, non contentus Poenos expulisse, sti-
25 pendiariam nobis provinciam fecit, omnes citra ultra- 8
que Hiberum subiecit imperio, primusque Romanorum ducum victor ad Gades et Oceani ora pervenit. plus est provinciam retinere quam facere. itaque per partes
iam huc, iam illuc missi duces, qui ferocissimas et in
30 id tempus liberas gentes ideoque inpatientes iugi multo labore nec incruentis certaminibus servire docuerunt. Cato ille censorius Celtiberos, id est robur Hispaniae, 9
aliquot proeliis fregit. Gracchus, pater ille Gracchorum, eosdem centum et quinquaginta urbium eversione mul-
35 tavit. Metellus ille, qui ex Macedonia cognomen me- 10
ruerat, et Celtibericus fieri meruit, cum et Contrebiam memorabili cepisset exemplo et Nertobrigae maiore gloria pepercisset. Lucullus Turdulos atque Vaccaeos, 11

de quibus ille Scipio posterior singulari certamine, cum
12 rex fuisset provocator, opima rettulerat. Decimus Brutus aliquanto latius Celticos Lusitanosque et omnis Callaeciae populos formidatumque militibus flumen Oblivionis, peragratoque victor Oceani litore non prius signa convertit quam cadentem in maria solem obrutumque aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu et horrore deprendit.

13 Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit et Numantinis. nec inmerito. quippe solis gentium Hispaniae duces contigerunt. fuisset et cum omnibus Celtiberis, nisi dux illius motus initio belli vi oppressus
14 esset, summae vir audaciae, si processisset, Olyndicus, qui hastam argenteam quatiens quasi caelo missam vaticinanti similis omnium in se mentes converterat. set cum pari temeritate sub nocte castra consulis adisset,
15 iuxta tentorium ipsum pilo vigilis exceptus est. ceterum Lusitanos Viriatus erexit, vir calliditatis acerrimae. qui ex venatore latro, ex latrone subito dux adque imperator et, si fortuna cessisset, Hispaniae Romulus, non contentus libertatem suorum defendere, per quattuordecim annos omnia citra ultraque Hiberum et Ta-
16 gum igni ferroque populatus, castra etiam praetorum et praesidia adgressus, Claudium Vnimanum paene ad internicionem exercitus cecidit et insignia trabeis et fascibus nostris quae ceperat in montibus suis tropaea
17 fixit. tandem eum iam Fabius Maximus consul oppresserat; sed a successore Popilio violata victoria est. quippe qui conficiendae rei cupidus, fractum ducem et extrema deditionis agitantem per fraudem et insidias et domesticos percussores adgressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non posse.

XXXIIII. BELLVM NVMANTINVM.

II, 18 Numantia quantum Carthaginis, Capuae, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine et honore par omnibus, summumque, si vero aestimes, Hispaniae decus.
2 quippe quae sine muro, sine turribus, modice edito

in tumulo aput flumen *Durium* sita, quattuor milibus
Celtiberorum quadraginta exercitum per annos unde-
cim sola sustinuit, nec sustinuit modo, sed saevius ali-
quando perculit pudendisque foederibus adfecit. no-
5 vissime, cum invictam esse constaret, opus fuit eo qui
Carthaginem everterat.

Non temere, si fateri licet, ullius causa belli in- 3
iustior. Segidenses, socios et consanguineos suos, Ro-
manorum manibus elapsos, susceperant. habita pro his 4
10 deprecatio nihil valuit. cum se ab omni bellorum con-
tagione removerent, in legitimi foederis pretium iussi
arma deponere. hoc sic a barbaris acceptum, quasi
manus absciderentur. itaque statim Megaravico fortis-
simo duce ad arma conversi. Pompeium proelio ad-
15 gressi, foedus tamen maluerunt, cum debellare potuis- 5
sent; Hostilium deinde Mancinum: hunc quoque adsi-
duis caedibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut
vocem Numantini viri quisquam sustineret. tamen cum 6
hoc quoque foedus maluere, contenti armorum manu-
20 biis, cum ad internicionem saevire potuissent. sed non 7
minus Numantini quam Caudini illius foederis flagrans
ignominia aut pudore populus Romanus, dedecus qui-
dem praesentis flagitii deditione Mancini expiavit, ce- 8
terum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidium
25 urbium inbuto, tandem etiam in ultionem excanduit.
sed tum acrius in castris quam in campo, nostro cum 9
milite quam cum Numantino proeliandum fuit. quippe 10
adsiduis et iniustis et servilibus maxime operibus ad-
triti ferre plenius vallum, quia arma nescirent, luto
30 inquinari, quia sanguine nollent, iubebantur. ad hoc
scorta, calones, sarcinae nisi ad usum necessariae am-
putantur. tanti esse exercitum quanti imperatorem vere 11
proditum est. sic redacto in disciplinam milite com-
missa acies, quodque nemo visurum se umquam spera-
35 verat factum, ut fugientes Numantinos quisquam vi-
deret. dedere etiam se volebant, si toleranda viris im- 12
perarentur. sed cum Scipio veram vellet et sine ex-
ceptione victoriam, eo necessitatum conpulsi primum

ut destinata morte in proelium ruerent, cum se prius
epulis quasi inferiis implevissent carnis semicrudae et
celiae; sic vocant indigenam ex frumento potionem.
13 intellectum ab imperatore consilium, itaque non est
permissa pugna morituris. cum fossa atque lorica quat- 5
tuorque castris circumdatos fames premeret, a duce
orantes proelium, ut tamquam viros occideret, ubi non
14 impetrabant, placuit eruptio. sic conserta manu plurimi
occisi, et cum urgueret fames, aliquantisper inde vi-
xerunt. novissime consilium fugae sedit; sed hoc quo- 10
que ruptis equorum cingulis uxores ademere, summo
15 scelere per amorem. itaque deplorato exitu in ultimam
rabiem furoremque conversi, postremo Rhoecogene duce
se, suos, patriam ferro veneno, subiecto igne undique
16 peregerunt. macte [esse] fortissimam et meo iudicio bea- 15
tissimam in ipsis malis civitatem. adseruit cum fide so-
cios, populum orbis terrarum viribus fultum tam parva
manu aetate tam longa sustinuit. novissime maximo
duce oppressa civitas nullum de se gaudium hosti re-
17 liquit. unus enim vir Numantinus non fuit qui in ca- 20
tenis duceretur; praeda, ut de pauperrimis, nulla: arma
ipsi cremaverunt. triumphus fuit tantum de nomine.
II, 19 Hactenus populus Romanus pulcher, egregius, pius,
sanctus adque magnificus; reliqua saeculi, ut grandia
aeque, ita vel magis turbida et foeda, crescentibus cum 25
2 ipsa magnitudine imperii vitiis; adeo ut, si quis hanc
tertiam eius aetatem transmarinam, quam ducentorum
annorum fecimus, dividat, centum hos priores, quibus
Africam, Macedoniam, Syriam, Hispaniam domuit, au-
3 reos, sicut poëtae canunt, iure meritoque fateatur, cen- 30
tum sequentes ferreos plane et cruentos et si quid im-
manius; quippe quibus cum Iugurthinis, Cimbricis, Mi-
thridaticis, piraticis, Parthicis bellis***, Gallicis atque
Germanicis, quibus caelum ipsum gloria ascendit, Grac-
chanas Drusianasque caedes, ad hoc servilia bella mi- 35
4 scuerit et, ne quid turpitudini desit, gladiatoria. denique
in se ipse conversus Marianis atque Sullanis, novissime
Pompei et Caesaris manibus, quasi per rabiem et fu-

rorem — nefas! — semet ipse laceravit. quae etsi 5
iuncta inter se sunt omnia atque confusa, tamen quo
melius appareant, simul et ne scelera virtutibus ob-
strepant, separatim referentur, priusque, ut coepimus,
5 iusta illa et pia cum exteris gentibus bella memora-
bimus, ut magnitudo crescentis in dies imperii appa-
reat; tum ad illa civium scelera turpesque et inpias
pugnas revertemur.

XXXV. BELLVM ASIATICVM.

10 Victa ad occasum Hispania populus Romanus ad II, 20
orientem pacem agebat, nec pacem modo, sed inusitata
et incognita quadam felicitate relictae regiis heredita-
tibus opes et tota insemel regna veniebant. Attalus rex 2
Pergamenorum, regis Eumenis filius, socii quondam
15 commilitonisque nostri, testamentum reliquit: 'populus
Romanus bonorum meorum heres esto'. in bonis re-
giis haec fuerunt***. adita igitur hereditate provinciam 3
populus Romanus non quidem bello nec armis, sed,
quod aequius, testamenti iure retinebat. sed hanc diffi- 4
20 cile dictu est utrum facilius amiserit populus Romanus
an recuperaverit. Aristonicus, regii sanguinis ferox iu-
venis, urbis regibus parere consuetas partim facile sol-
licitat, paucas resistentis, Myndon, Samon, Colophona
vi recepit, Crassi quoque praetoris cecidit exercitum
25 ipsumque cepit. sed ille memor et familiae et Romani 5
nominis custodem sui barbarum virgula excaecat et in
exitium sui, quod volebat, ita concitat. mox a Per- 6
perna domitus et captus et per deditionem in vinculis
habitus. Aquilius Asiatici belli reliquias confecit, mix- 7
30 tis — nefas! — veneno fontibus ad deditionem quarun-
dam urbium. quae res ut maturam, ita infamem fecit
victoriam, quippe cum contra fas deum moresque ma-
iorum medicaminibus inpuris in id tempus sacrosancta
Romana arma violasset.

35 XXXVI. BELLVM IVGVRTHINVM.

Haec ad orientem; sed non ad meridianam pla- III, 1

gam eadem quies. quis speraret post Carthaginem ali-
2 quod in Africa bellum? atquin non leviter se Numidia
concussit, et fuit in Iugurtha quod post Annibalem ti-
meretur. quippe rex callidissimus populum Romanum
armis invictum opibus adgressus est; set citra spem 5
omnium fortuna cessit, ut rex fraude praecipuus fraude
3 caperetur. hic, Massinissa avo, Micipsa patre per adop-
tionem, cum interficere fratres statuisset agitatus regni
cupiditate, nec illos magis quam senatum populumque
Romanum, quorum in fide et in clientela regnum erat, 10
4 metueret, primum scelus mandat insidiis. potitus Hiem-
psalis capite cum se in Adherbalem convertisset isque
Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit
5 in sententiam suam senatum. et haec eius fuit de nobis
prima victoria. missos deinde, qui regnum inter illum 15
Adherbalemque dividerent, similiter adgressus, cum in
Scauro ipsos Romani imperii mores expugnasset, in-
choatum nefas perfecit audacia. sed non diu latent
6 scelera. corruptae nefas legationis erupit, placuitque
7 persequi bello parricidam. primus in Numidiam Cal- 20
purnius Bestiâ consul inmittitur; sed rex, expertus for-
tius adversus Romanos aurum esse quam ferrum, pacem
8 emit. cuius flagitii reus cum interveniente publica fide
a senatu arcesseretur, pari audacia et venit et conpe-
titorem imperii Massinissae Massivam inmisso percus- 25
9 sore confecit. haec altera contra regem causa belli fuit.
igitur sequens ultio mandatur Albino. set huius quo-
que — pro dedecus! — frater ita corrupit exercitum,
ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida castris-
que poteretur, addito etiam turpi foedere in pretium 30
10 salutis, quo quos emerat dimisit exercitus. tandem in
ultionem non tam imperii Romani quam pudoris Me-
tellus adsurgit, qui callidissime hostem nunc precibus
nunc minis, iam simulata iam vera fuga eludentem ar-
11 tibus suis adgressus est. agrorum atque vicorum po- 35
pulatione nec contentus in ipsa Numidiae capitâ impe-
tum fecit; et Zamam quidem frustra adivit, ceterum
Thalam, gravem armis thensaurisque regiis, diripuit.

tunc urbibus exutum regem et iam finium suorum re- 12
gnique fugitivum per Mauros adque Gaetuliam seque-
batur. postremo Marius auctis admodum copiis, cum 13
pro obscuritate generis sui capite censos sacramento
5 adegisset, iam fusum et saucium regem adortus, non
facilius tamen vicit quam si integrum ac recentem. hic 14
et urbem ab Hercule conditam Capsam, in media Africa
siti anguibus harenisque vallatam, mira quadam feli-
citate superavit, et saxeo inditam monti Mulucham
10 urbem per Ligurem aditu arduo inaccessoque penetra-
vit. mox non ipsum modo, sed Bocchum quoque Mau- 15
retaniae regem, iure sanguinis Numidas vindicantem,
aput oppidum Cirtam graviter cecidit. qui ubi diffisus 16
rebus suis alienae cladis accessio fieri timet, pretium
15 foederis adque amicitiae regem facit. sic fraudulen- 17
tissimus regum fraude gener soceri sui in insidias de-
ductus Sullae in manum traditur, tandemque opertum
catenis Iugurtham in triumpho populus Romanus aspe-
xit. sed ille quoque, quamvis victus ac vinctus, vidit 18
20 urbem, quam venalem et quandoque perituram, si ha-
buisset emptorem, frustra cecinerat. iam, ut venalis
fuisset, habuit emptorem; cum illum evaserat, certum
erat non esse perituram.

XXXVII. BELLVM ALLOBROGVM.

25 Sic ad meridiem populus Romanus. multo atrocius III, 2
et multipliciter magis a septentrione venientem * * *.
nihil hac plaga infestius. atrox caelum, perinde in- 2
genia. omni igitur tractu violentus hostis, a dextris
atque laevis et a medio septentrionis erupit.
30 Prima trans Alpes arma nostra sensere Saluvii, 3
cum de eis fidissima atque amicissima civitas Massilia
quereretur; Allobroges deinde et Arverni, cum adver- 4
sus eos similes Haeduorum querellae opem et auxilium
nostrum flagitarent: utriusque victoriae testes Isara et
35 Vindelicus amnes et inpiger fluminum Rhodanus. ma- 5
ximus barbaris terror elephanti fuere, inmanitati gen-
tium pares. nihil tam conspicuum in triumpho quam

rex ipse Vituitus discoloribus in armis argenteoque
6 carpento, qualis pugnaverat. utriusque victoriae quod
quantumque gaudium fuerit, vel hinc aestimari potest,
quod et Domitius Ahenobarbus et Fabius Maximus
ipsis quibus dimicaverant locis saxeas erexere turres, 5
et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixerunt,
cum hic mos inusitatus fuerit nostris. numquam enim
populus Romanus hostibus domitis victoriam expro-
bravit.

XXXVIII. BELLVM CIMBRICVM TEVTONICVM 10 TIGVRINVM.

III, 3 Cimbri, Teutoni atque Tigurini ab extremis Gal-
liae profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus,
2 novas sedes toto orbe quaerebant, exclusique et Gallia
et Hispania cum in Italiam demigrarent, misere legatos 15
in castra Silani, inde ad senatum, petentes ut Martius
populus aliquid sibi terrae daret quasi stipendium, ce-
terum ut vellet manibus atque armis suis uteretur.
3 sed quas daret terras populus Romanus agrariis legi-
bus inter se dimicaturus? repulsi igitur, quod nequi- 20
4 verant precibus, armis petere coeperunt. sed nec pri-
mum impetum barbarorum Silanus, nec secundum Ma-
nilius, nec tertium Caepio sustinere potuerunt; omnes
5 fugati, exuti castris. actum erat, nisi Marius illi sae-
culo contigisset. ille quoque non ausus congredi sta- 25
tim militem tenuit in castris, donec invicta illa rabies
et impetus, quem pro virtute barbari habent, con-
6 senesceret. recessere igitur increpantes et — tanta
erat capiendae urbis fiducia — consulentes, si quid
ad uxores suas mandarent. nec segnius quam minati 30
fuerant tripertito agmine in Alpes, id est claustra
7 Italiae, ferebantur. Marius mira statim velocitate oc-
cupatis compendiis praevenit hostem, prioresque Teu-
tonas sub ipsis Alpium radicibus adsecutus in loco
quem Aquas Sextias vocant quo — fidem numinum! — 35
8 proelio oppressit! vallem fluviumque medium hostes
tenebant, nostris aquarum nulla copia. consultone id

egerit imperator, an errorem in consilium verterit,
dubium; certe necessitate acta virtus victoriae causa
fuit. nam flagitante aquam exercitu, 'si viri estis,' 9
inquit 'en, illic habetis.' itaque tanto ardore pugna-
5 tum est, ea caedes hostium fuit, ut victor Romanus
cruento flumine non plus aquae biberit quam sangui-
nis barbarorum. certe rex ipse Teutobodus, quater- 10
nos senosque equos transilire solitus, vix unum, cum
fugeret, ascendit, proximoque in saltu conprehensus
10 insigne spectaculum triumphi fuit. quippe vir pro-
ceritatis eximiae super tropaea sua eminebat.

Sublatis funditus Teutonis in Cimbros convertitur. 11
hi iam — quis crederet? — per hiemem, quae altius
Alpes levat, Tridentinis iugis in Italiam provoluti ve-
5 luti ruina descenderant. Athesim flumen non ponte nec 12
navibus, sed quadam stoliditate barbarica primum cor-
poribus adgressi, postquam retinere amnem manibus
et clipeis frustra temptaverant, ingesta silva obrutum
transiluere: si statim infesto agmine urbem petissent, 13
20 grande discrimen; sed in Venetia, quo fere tractu Ita-
lia mollissima est, ipsa soli caelique clementia robur
elanguit. ad hoc panis usu carnisque coctae et dulce-
dine vini mitigatos Marius in tempore adgressus est.
venere ipsi — nam metus in barbaris nulla vestigia — 14
25 et diem pugnae a nostro imperatore petierunt; et sic
proximum dedit. in patentissimo, quem Raudium vo-
cant, campo concurrere. inde milia sexaginta quinque
cecidere, hinc trecentis minus; per omnem diem con-
ciditur barbarus. istic quoque imperator addiderat vir- 15
30 tuti dolum, secutus Annibalem artemque Cannarum;
primum nebulosum nanctus diem, ut hosti inopinatus
occurreret, tum ventosum quoque, ut pulvis in oculos
et ora ferretur, tum acie conversa in orientem, ut,
quod ex captivis mox cognitum est, ex splendore ga-
35 learum aere repercusso quasi ardere caelum videretur.
nec minor cum uxoribus eorum pugna quam cum ipsis 16
fuit; cum obiectis undique plaustris atque carpentis
altae desuper securibus contisque pugnarent. perinde 17

speciosa mors earum fuit quam pugna. nam cum missa ad Marium legatione libertatem ac sacerdotium non inpetrassent (nec fas erat), suffocatis elisisque passim infantibus suis aut mutuis concidere vulneribus aut vinculo e crinibus suis facto ab arboribus iugisque 5
18 plaustrorum pependerunt. Boiorix rex in prima acie dimicans inpigre nec inultus occiditur.

Tertia Tigurinorum manus, quae quasi in subsidio Noricos insederat Alpium tumulos, in diversa
19 elapsa fuga ignobili et latrociniis evanuit. hunc tam lae- 10
tum tamque felicem liberatae Italiae adsertique imperii nuntium non per homines, ut solebat, populus Romanus
20 accepit, sed per ipsos, si credere fas est, deos. quippe eodem die quo gesta res est visi pro aede Pollucis et Castoris iuvenes laureatas praetori litteras dare, fre- 15
quensque in spectaculo rumor victoriae Cimbricae * * * quod in gladiatorio munere fieri solet 'feliciter!' dixit.
21 quo quid admirabilius, quid insignius fieri potest? quippe velut elata montibus suis Roma spectaculo belli interesset, uno eodemque momento, cum in acie Cim- 20
bri succumberent, populus in urbe plaudebat.

XXXVIIII. BELLVM THRACIVM.

III, 4 Post Macedonas, si dis placet, Thraces rebellant, illi quondam tributarii Macedonum; nec in proximas modo provincias contenti incurrere, Thessaliam atque 25
Delmatiam, in Adriaticum mare usque venerunt; eoque fine retenti, quasi interveniente natura, contorta
2 in ipsas aquas tela miserunt. nihil interim per id omne tempus residuum crudelitatis fuit in captivos saevientibus: litare dis sanguine humano, bibere in ossibus 30
capitum, cuiusque modi ludibriis foedare mortem tam igni quam fumo, partus quoque gravidarum mulierum
3 extorquere tormentis. saevissimi omnium Thracum Scordisci fuere, sed calliditas quoque ad robur ac-
4 cesserat: silvarum et montium situs cum ingenio con- 35
sentiebant. itaque non fusus modo ab his aut fugatus, sed — simile prodigio — omnino totus interceptus

exercitus quem duxerat Cato. Didius vagos et libera 5
populatione diffusos intra suam reppulit Thraciam.
Drusus ulterius egit et vetuit transire Danuvium. Mi-
nucius toto vastavit Hebro, multis quidem amissis,
5 dum perfidum glacie flumen equitatur. Volso Rhodo- 6
pen Haemumque penetravit. Curio Dacia tenus venit,
sed tenebras saltuum expavit. Appius in Sarmatas us-
que pervenit, Lucullus ad terminum gentium Tanain
lacumque Maeotim. nec aliter cruentissimi hostium 7
10 quam suis moribus domiti. quippe in captivos igni
ferroque saevitum est; sed nihil barbaris atrocius vi-
sum est quam quod abscisis manibus relicti vivere
superstites poenae suae iubebantur.

XL. BELLVM MITHRIDATICVM.

15 Ponticae gentes a septentrione in sinistrum iacent, III, 5
a Pontico cognominatae mari. harum gentium atque
regionum rex antiquissimus Aeetas, post Artabazes,
a septem Persis oriundus, inde Mithridates, omnium
longe maximus. quippe cum quattuor Pyrrho, trede- 2
20 cim anni Annibali suffecerint, ille per quadraginta an-
nos restitit, donec tribus ingentibus bellis subactus
felicitate Sullae, virtute Luculli, magnitudine Pompei
consumeretur. causam quidem illius belli praetenderat 3
aput Cassium legatum, adtrectari terminos suos a Ni-
25 comede Bithyno; ceterum elatus animis ingentibus
Asiae totius et, si posset, Europae cupiditate flagra-
bat. spem ac fiduciam dabant nostra vitia. quippe cum 4
civilibus bellis distringeremur, invitabat occasio, nu-
dumque latus imperii ostendebant procul Marius, Sulla,
30 Sertorius. inter haec rei publicae vulnera et hos tu- 5
multus repente quasi captato tempore in lassos simul
atque districtos subitus turbo Pontici belli ab ultima
veluti specula septentrionis erupit.

Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit, Asia 6
35 inde pari terrore correpta est, nec cunctanter ad regem
ab urbibus nostris populisque descitum est. aderat, in- 7
stabat, saevitia quasi virtute utebatur. nam quid atro-

cius uno eius edicto, cum omnes qui in Asia forent
Romanae civitatis homines interfici iussit? tum quidem
domus templa et arae, humana omnia adque divina
8 iura violata sunt. sed hic terror Asiae Europam quo-
que regi aperiebat. itaque missis Archelao Neoptolemo- 5
que praefectis, excepta Rhodo, quae pro nobis firmius
stetit, ceterae Cyclades, Delos, Euboea et ipsum Grae-
9 ciae decus Athenae tenebantur. Italiam iam ipsamque
urbem Romam regius terror adflabat. itaque L. Sulla
festinat, vir armis optimus, parique violentia ruentem 10
10 ulterius hostem quadam quasi manu reppulit. primum-
que Athenas urbem, — quis crederet? — frugum pa-
rentem, obsidione ac fame ad humanos cibos conpulit;
mox subrutus Piraei portus sex aut amplius muris cin-
ctus. postquam domuerat ingratissimos hominum, ta- 15
men, ut ipse dixit, in honorem mortuorum sacris suis
11 famaeque donavit. mox cum Euboea atque Boeotia
praesidia regis depulisset, omnis copias uno apud Chae-
roniam, apud Orchomenon altero bello dissipavit, sta-
timque in Asiam transgressus ipsum opprimit. et de- 20
bellatum foret, nisi de Mithridate triumphare cito quam
12 vere maluisset. ac tum quidem hunc Asiae statum Sulla
dederat. ictum cum Ponticis foedus, recepit Bithyniam
a rege Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam, Asia
rursus nostra, ut coeperat, Mithridates tantum repul- 25
sus. itaque non fregit ea res Ponticos, sed incendit.
13 quippe rex Asia et Europa quodam modo inescatus
non iam quasi alienam, sed, quia amiserat, quasi ra-
14 ptam belli iure repetebat. igitur ut extincta parum
fideliter incendia maiore flamma revivescunt, ita 30
ille de integro, auctis maiorem in modum copiis, tota
denique regni sui mole in Asiam rursus mari terra
fluminibusque veniebat.

15 Cyzicus, nobilis civitas, arce, moenibus, portu
turribusque marmoreis Asiaticae plagae litora inlustrat. 35
hanc ille quasi alteram Romam toto invaserat bello.
16 sed fiduciam oppidanis resistendi nuntius fecit, docens
adventare Lucullum, qui — horribile dictu — per

medias hostium naves utre suspensus et pedibus iter
gubernans, videntibus procul quasi marina pristis
evaserat. mox clade conversa, cum ex mora obsidii 17
regem fames et ex fame pestilentia urgueret, receden-
5 tem Lucullus adsequitur adeoque caedit, ut Granicus
et Aesepus amnes cruenti redderentur. rex callidus 18
Romanaeque avaritiae peritus spargi aurum a fugien-
tibus et pecuniam iussit, qua sequentes moraretur.
nec felicior in mari quam terra fuga. quippe centum
10 amplius navium classem apparatu belli gravem Pon-
tico mari adgressa tempestas tam foeda strage lacera-
vit, ut navalis belli instar efficeret, planeque ut Lu- 19
cullus quodam cum fluctibus procellisque commercio
debellandum tradidisse regem ventis videretur. ad- 20
15 tritae iam omnes validissimi regni vires erant, sed
animus malis augebatur. itaque conversus ad proxi- 21
mas gentes totum paene orientem ac septentrionem
ruina sua involvit. Hiberi, Caspii, Albani et utrae-
que sollicitantur Armeniae, per quae omnia decus et
20 nomen et titulos gloriae Pompeio suo Fortuna quae-
rebat. qui ubi novis motibus ardere Asiam videt alios- 22
que ex aliis prodire reges, nihil cunctandum ratus,
priusquam inter se gentium robora coirent, statim
ponte navibus facto omnium ante se primus transiit Eu-
25 phratem regemque fugientem media nanctus Armenia
— quanta felicitas viri! — uno proelio confecit. no- 23
cturna ea dimicatio fuit et Luna in partibus. quippe
quasi commilitans cum dea a tergo se hostibus, a facie
Romanis praebuisset, Pontici per errorem longius ca-
30 dentis umbras suas quasi hostium corpora petebant. et 24
Mithridates quidem nocte illa debellatus est. nihil enim
postea valuit, quamquam omnia expertus more anguium,
qui optrito capite postremum cauda minantur. quippe 25
cum effugisset hostem Colchis tenus, iungere Bosporon,
35 inde per Thracen Macedoniamque et Graeciam transilire,
sic Italiam nec opinatus invadere — tantum cogitavit.
sed defectione civium Pharnacisque filii scelere prae- 26
ventus male temptatum veneno spiritum ferro expulit.

27 Gneus interim Magnus rebellis Asiae reliquias sequens per diversa gentium terrarumque volitabat. nam sub orientem secutus Armenios, captae gentis satrapen
28 supplicem iussit regnare Tigranen. at in septentrione Scythicum iter tamquam in mari stellis secutus Colchos 5 cecidit, ignovit Hiberiae, pepercit Albanis. regem Colchorum Orhozen, positis sub ipso Caucaso castris iussit in plana descendere, at Arthocen, qui Hiberis imperabat, obsides liberos dare; Horolen etiam muneravit, ultro ab Albania sua lectum aureum et alia dona 10
29 mittentem. nec non in meridiem verso agmine Libanum Syriae Damascumque transgressus per nemora illa odorata, per turis et balsami silvas Romana signa circumtulit. Arabes, si quid imperaret, praesto fuere.
30 Hierosolyma defendere temptavere Iudaei; verum haec 15 quoque et intravit et vidit illud grande inpiae gentis arcanum patens, sub aurea vite cillum. dissidentibusque de regno fratribus arbiter factus regnare iussit Hyrcanum; Aristobolum, quia renovabat imperium,
31 in catenas dedit. sic Pompeio duce populus Romanus 20 totam, qua latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam imperii habebat provinciam mediam fecit. exceptis quippe Parthis, qui foedus maluerunt, et Indis, qui adhuc nos nec noverant, omnis Asia inter rubrum et Caspium et Oceanum Pompeianis domita vel 25 oppressa signis tenebatur.

XLI. BELLVM PIRATICVM.

III, 6 Interim cum populus Romanus per diversa terrarum districtus est, Cilices invaserant maria sublatisque commerciis, rupto foedere generis humani, sic maria 30
2 bello quasi tempestate praecluserant. audaciam perditis furiosisque latronibus dabat inquieta Mithridaticis proeliis Asia, dum sub alieni belli tumultu exterique regis
3 invidia inpune grassantur. ac primum duce Isidoro contenti proximo mari Cretam inter adque Cyreñas et 35 Achaiam sinumque Maleum, quod ab spoliis aureum ipsi
4 vocavere, latrocinabantur. missusque in eos Publius

Servilius, quamvis leves et fugaces myoparonas gravi
et Martia classe turbaret, non incruenta victoria su-
perat. sed nec mari summovisse contentus, validissi- 5
mas urbes eorum et diutina praeda abundantes, Phase-
5 lim et Olympum evertit Isaurosque ipsam arcem Cili-
ciae, unde conscius sibi magni laboris Isaurici cogno-
men adamavit. non ideo tamen tot cladibus domiti terra 6
se continere potuerunt; sed ut quaedam animalia,
quibus aquam terramque incolendi gemina natura est,
10 sub ipso hostis recessu inpatientes soli in aquas suas
resiluerunt, et aliquanto latius quam prius Siciliae
quoque litora et Campaniam nostram subito adventu
terrere voluerunt. sic Cilix dignus victoria Pompei 7
visus est et Mithridaticae provinciae factus accessio.
15 ille dispersam toto mari pestem semel et in perpetuum
volens extinguere divino quodam apparatu adgressus
est. quippe cum classibus et suis et socialibus Rhodio- 8
rum abundaret, pluribus legatis atque praefectis utra-
que Ponti et Oceani ora conplexus est. Gellius Tusco 9
20 mari inpositus, Plotius Siculo; Atilius Ligusticum
sinum, Pomponius Gallicum obsedit, Torquatus Balea-
ricum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, qua primum
maris nostri limen aperitur, Libycum Lentulus Mar-
cellinus, Aegyptium Pompei iuvenes, Hadriaticum 10
25 Varro Terentius, Aegaeum et Ponticum et Pamphy-
lium Metellus, Asiaticum Caepio; ipsas Propontidos
fauces Porcius Cato sic obditis navibus quasi porta
obseravit. sic per omnis aequoris portus, sinus, la- 11
tebras, recessus, promunturia, freta, paeninsulas quid-
30 quid piratarum fuit quadam indagine inclusum est.
ipse Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam; 12
nec hostes detractavere certamen. non ex fiducia, sed 13
quia oppressi erant, ausi videbantur; sed nihil tamen
amplius, quam ut ad primum ictum concurrerent. mox
35 ubi circumfusa undique rostra viderunt, abiectis statim
telis remisque plausu undique pari, quod supplicantium
signum fuit, vitam petiverunt. non alia tam incruenta 14
victoria usi umquam sumus, sed nec fideliori in poste-

rum. idque prospectum singulari consilio ducis, qui maritimum genus a conspectu longe removit maris et mediterraneis agris quasi obligavit, eodemque tempore et usum maris navibus recuperavit et terrae homines
15 suos reddidit. quid prius in hac mirere victoria? ve- 5
locitatem? quadragensimo die parta est. an felicitatem? ne una quidem navis amissa est. an vero perpetuitatem? amplius piratae non fuerunt.

XLII. BELLVM CRETICVM.

III, 7 Creticum bellum, si vera volumus, nos fecimus; 10
sola *enim* vincendi nobilem insulam cupiditas fecit. favisse Mithridati videbatur; hoc placuit armis vindi-
2 care. primus invasit insulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoriae spe atque fiducia, adeo ut pluris catenas in navibus quam arma portaret. dedit itaque 15
3 poenas vaecordiae. nam plerasque naves intercepit hostis, captivaque corpora religantes velis ac funibus suspendere, ac sic velificantes triumphantium in modum
4 Cretes portibus suis adremigaverunt. Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus intra castella et 20
urbes redegit, Cnoson Eleuthernan et, ut Graeci dicere
5 solent, urbium matrem Cydoneam; adeoque saeve in captivos consulebatur, ut veneno se plerique conficerent, alii deditionem suam ad Pompeium absentem mit-
6 terent. et cum ille res in Asia gerens, eo quoque prae- 25
fectum misisset Antonium in alienam provinciam, inritus fuit, eoque infestior Metellus in hostes ius victoris exercuit, victisque Lasthene et Panare, Cydoneae ducibus, victor rediit. nec quicquam tamen amplius de tam famosa victoria quam cognomen Creticum re- 30
portavit.

XLIII. BELLVM BALEARICVM.

III, 8 Quatenus Metelli Macedonici domus bellicis agnominibus adsueverat, altero ex liberis eius Cretico facto mora non fuit quin alter quoque Balearicus vocaretur. 35
2 Baleares per id tempus insulae piratica rabie maria

corruperant. homines feros atque silvestres mireris
ausos a scopulis suis saltem maria prospicere. ascen- 3
dere etiam inconditas rates et praeternavigantes sub-
inde inopinato impetu terruere. set cum venientem ab 4
5 alto Romanam classem prospexissent, praedam putan-
tes, ausi etiam occurrere, et primo impetu ingenti la-
pidum saxorumque nimbo classem operuerunt. tribus 5
quisque fundis proeliantur. certos esse quis miretur
ictus, cum haec sola genti arma sint, id unum ab in-
10 fantia studium? cibum puer a matre non accipit, nisi
quem ipsa monstrante percusserit. sed non diu lapida-
tione Romanos terruere. nam postquam comminus ven- 6
tum est expertique rostra et pila venientia, pecudum
in morem clamore sublato petiverunt fuga litora, di-
15 lapsique in proximos tumulos quaerendi fuerunt ut vin-
cerentur.

XLIIII. EXPEDITIO IN CYPRVM.

Aderat fatum insularum. igitur et Cypros recepta III, 9
sine bello. insulam veteribus divitiis abundantem et ob 2
20 hoc Veneri sacram Ptolemaeus regebat. sed divitiarum 3
tanta erat fama, nec falso, ut victor gentium populus et
donare regna consuetus P. Clodio tribuno plebis duce
socii vivique regis confiscationem mandaverit. et ille 4
quidem ad rei famam veneno fata praecepit. ceterum 5
25 Porcius Cato Cyprias opes liburnis per Tiberinum osti-
um invexit. quae res latius aerarium populi Romani
quam ullus triumphus implevit.

XLV. BELLVM GALLICVM.

Asia Pompei manibus subacta reliqua, quae resta- III, 10
30 bant in Europa, Fortuna in Caesarem transtulit. re- 2
stabant autem inmanissimi gentium Galli atque Germa-
ni et quâmvis toto orbe divisi, tamen quia vincere li-
buit, Britanni.

Primus Galliae motus ab Helvetiis coepit, qui Rho-
35 danum inter et Rhenum siti, non sufficientibus terris
venere sedem petitum, incensis moenibus suis; hoc sa-

3 cramentum fuit, ne redirent. sed petito tempore ad deliberandum, cum inter moras Caesar Rhodani ponte rescisso fugam abstulisset, statim bellicosissimam gentem sic in sedes suas quasi greges in stabulum pastor
4 reduxit. sequens longe longeque cruentior pugna Bel- 5
garum, quippe pro libertate pugnantium. hic cum multa Romanorum militum insignia, tum illud egregium ipsius ducis, quod, nutante in fuga exercitu, rapto fugientis e manu scuto in primam volitans aciem manu proelium
5 restituit. inde cum Venetis etiam navale bellum, sed 10
maior cum Oceano quam cum ipsis navibus rixa. quippe illae rudes et informes et statim naufragae, cum rostra sensissent; sed haerebat in vadis pugna, cum aestibus solitis in ipso certamine subductus Oceanus intercedere
6 bello videretur. illae quoque accessere diversitates pro 15
gentium locorumque natura. Aquitani, callidum genus, in speluncas se recipiebant: iussit includi; morabantur in silvis: iussit incendi. nemo tantum feroces dixerit
7 Gallos: fraudibus agunt. Indutiomarus Treveros, Ambiorix concitavit Eburones. utrique, absente Caesare 20
8 coniuratione facta, invasere legatos. sed ille fortiter a Dolabella summotus est, relatumque regis caput; hic insidiis in valle dispositis dolo perculit. itaque et castra direpta sunt et Aurunculeium Cottam cum Titurio Sabino legatos amisimus. nec ulla de rege mox ultio; 25
quippe perpetua trans Rhenum fuga latuit.

9 Nec Rhenus ergo inmunis; nec enim fas erat ut
10 liber esset receptator hostium atque defensor. et prima contra Germanos illius pugna iustissimis quidem ex causis. Haedui de incursionibus eorum querebantur. 30
11 quae erat Ariovisti regis superbia! cui cum legati dicerent 'veni ad Caesarem;' et 'quis est Caesar?' et 'si vult, veniat' inquit, et 'quid ad illum, quid agat nostra
12 Germania? num ego me interpono Romanis?' itaque tantus gentis novae terror in castris, ut testamenta 35
passim etiam in principiis scriberentur. sed illa inmania corpora quo maiora erant, eo magis gladiis ferro-
3que patuerunt. qui calor in proeliando militum fuerit,

nullo magis exprimi potest quam quod, elatis super ca-
put scutis cum se testudine barbarus tegeret, super ipsa
Romani scuta salierunt, et inde in iugulos gladii de-
scendebant. iterum de Germano Tencteri querebantur. 14
5 hic vero iam Caesar ultro Mosellam navali ponte trans-
greditur ipsumque Rhenum et Hercyniis hostem quae-
rit in silvis; sed in saltus ac paludes gens omnis dif-
fugerat. tantum pavoris incussit intra ripam subita Ro-
mana vis. nec semel Rhenus, set iterum quoque, et 15
10 quidem ponte facto penetratus est. maior aliquanto tre-
pidatio. quippe cum Rhenum suum sic ponte quasi
iugo captum viderent, fuga rursus in silvas et paludes,
et, quod acerbissimum Caesari fuit, non fuere qui vin-
cerentur.

15 Omnibus terra marique peragratis respexit Ocea- 16
num et, quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alte-
rum cogitavit. classe igitur conparata Britanniam
transit mira celeritate; quippe qui tertia vigilia cum
Morinorum solvisset a portu, minus quam medio die
20 insulam ingressus est. plena erant tumultu hostica li- 17
tora, et trepidantia ad conspectum rei novae carpenta
volitabant. itaque trepidatio pro victoria fuit. arma
et obsides accepit a trepidis, et ulterius isset, nisi in-
probam classem naufragio castigasset Oceanus. rever- 18
25 sus igitur in Galliam, classe maiore auctisque copiis
in eundem rursus Oceanum eosdemque rursus Britan-
nos. Caledonas secutus in silvas unum quoque ex re-
gibus † Casuella in vincla dedit. contentus his (non enim 19
provinciae, sed nomini studebatur) cum maiore quam
30 prius praeda revectus est, ipso quoque Oceano tran-
quillo magis et propitio, quasi inparem ei se fateretur.

Sed maxima omnium eademque novissima coniu- 20
ratio fuit Galliarum communis: pariter Arvernos atque
Biturigas, Carnutas simul Sequanosque contraxit. hic 21
35 corpore armis spirituque terribilis, nomine etiam quasi
ad terrorem conposito, Vercingetorix ille festis diebus
et conciliabulis, cum frequentissimos in lucis haberet,
ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit. ab- 22

erat tunc Caesar Ravennae dilectum agens, et hieme creverant Alpes: sic interclusum putabant iter. sed ille, qualis erat ad nuntium rei felicissimae temeritatis, per invios ad id tempus montium tumulos, per intactas vias et nives, expedita manu emensus Galliam, et ex 5 distantibus hibernis castra contraxit, et ante in media
23 Gallia fuit, quam ab ultima timeretur. tum ipsa capita belli adgressus urbes, Avaricum quadraginta milium propugnantium [sustulit], Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuventute subnixam flammis adaequavit. 10
24 circa Gergoviam Arvernorum tota belli moles fuit. quippe cum octoginta milia muro et arce et abruptis
25 ripis defenderent maximam civitatem, vallo sudibus et fossa inductoque fossae flumine, ad hoc decem et octo castellis ingentique lorica circumdatam primum fame 15 domuit, mox audentem eruptiones in vallo gladiis sudibusque concidit, novissime in deditionem redegit.
26 ipse ille rex, maximum victoriae decus, supplex cum in castra venisset, equum et phaleras et sua arma ante Caesaris genua proiecit. 'habe': inquit 'fortem virum, 20 vir fortissime, vicisti.'

XLVI. BELLVM PARTHICVM.

III, 11 Dum Gallos per Caesarem in septentrione debellat, ipse interim ad orientem grave volnus a Parthis populus Romanus accepit. nec de fortuna queri pos- 25
2 sumus; caret solacio clades. adversis et dis et hominibus cupiditas consulis Crassi, dum Parthico inhiat auro, undecim strage legionum et ipsius capite multata
3 est. et tribunus plebi Ateius exeuntem ducem hostilibus diris devoverat, et cum Zeugma transisset exercitus, 30
4 rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates, et cum aput Nicephorium castra posuisset, missi ab Orode rege legati nuntiavere, percussorum cum Pompeio foe-
5 derum Sullaque meminisset. set regiis inhians ille thensauris, nihil ne imaginario quidem iure, set Seleuciae 35
6 se responsurum esse respondit. itaque dii foederum ultores nec insidiis nec virtuti hostium defuerunt. iam

primum, qui solus et subvehere commeatus et munire
poterat a tergo, relictus Euphrates, dum simulato trans-
fugae cuidam Mazarae Syro creditur. tum in mediam
camporum vastitatem eodem duce ductus exercitus, ut
5 undique hosti exponeretur. itaque vixdum venerat Car- 8
rhas, cum undique praefecti regis Silaces et Sirenas
ostendere signa auro sericisque vexillis vibrantia. tunc
sine mora circumfusi undique equitatus in modum gran-
dinis atque nimborum densa pariter tela fuderunt. sic
10 miserabili strage deletus exercitus. ipse in conloquium 9
sollicitatus, signo dato vivus hostium in manus inci-
disset, nisi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari
ferro occupassent. [sic quoque relatum caput ludibrio
hostibus fuit.] filium ducis paene in conspectu patris 10
15 îdem telis operuerunt. reliquiae infelicis exercitus, quo
quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam Syriam-
que distractae, vix nuntium cladis rettulerunt. caput 11
eius recisum cum dextera manu ad regem reportatum
ludibrio fuit, neque indigno. aurum enim liquidum in
20 rictum oris infusum est, ut cuius animus arserat auri
cupiditate, eius etiam mortuum et exangue corpus auro
ureretur.

XLVII. ANACEPHALAEOSIS.

Haec est illa tertia aetas populi Romani transma- III, 12
25 rina, qua Italia progredi ausus orbe toto arma circum-
tulit. cuius aetatis superiores centum anni sancti, pii 2
et, ut diximus, aurei, sine flagitio, sine scelere, dum
sincera adhuc et innoxia pastoriae illius sectae integri-
tas, dumque Poenorum hostium inminens metus disci-
30 plinam veterem continebat. posteri centum, quos a Car- 3
thaginis, Corinthi Numantiaeque excidiis et Attali regis
Asiatica hereditate deduximus in Caesarem et Pompe-
ium secutumque hos, de quo dicemus, Augustum, ut
claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cla-
35 dibus miseri et erubescendi. quippe sicut Galliam, 4
Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, uberrimas validissi-
masque provincias, Armenios etiam et Britannos, ut

non in usum, ita ad imperii speciem magna nomina ad-
5 quisisse pulchrum ac decorum: ita eodem tempore dimi-
casse domi cum civibus, sociis, mancipiis, gladiatoribus
6 totoque inter se senatu turpe atque miserandum. ac
nescio an satius fuerit populo Romano Sicilia et Africa 5
contento fuisse, aut his etiam ipsis parcere dominanti
in Italia sua, quam eo magnitudinis crescere, ut viri-
7 bus suis conficeretur. quae enim res alia civiles furo-
res peperit quam nimiae felicitates? Syria prima nos
victa corrupit, mox Asiatica Pergameni regis hereditas. 10
8 illae opes atque divitiae adflixere saeculi mores, mer-
samque vitiis suis quasi sentina rem publicam pessum
dedere. unde enim populus Romanus a tribunis agros
et cibaria flagitaret nisi per famem quam luxus fecerat?
hinc ergo Gracchanae prima et secunda et illa tertia 15
9 Apuleiana seditio. unde iudiciariis legibus divulsus ab
senatu eques nisi ex avaritia, ut vectigalia rei publicae
atque ipsa iudicia in quaestu haberentur? hinc Drusus
et promissa civitas Latio et per hoc arma sociorum.
10 quid autem? bella servilia unde nobis nisi ex abun- 20
dantia familiarum? unde gladiatorii adversum dominos
suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis favorem ef-
fusa largitio, dum spectaculis indulget, supplicia quon-
11 dam hostium artem faceret? iam ut speciosiora vitia tan-
gamus, nonne ambitus honorum ab isdem divitiis con- 25
12 citatus? atquin inde Mariana, inde Sullana tempestas.
aut magnificus apparatus conviviorum et sumptuosa lar-
13 gitio non ab opulentia paritura mox egestatem? haec
Catilinam patriae suae inpegit. denique illa ipsa prin-
cipatus et dominandi cupido unde nisi ex nimiis opibus 30
venit? atquin haec Caesarem atque Pompeium furia-
14 libus in exitium rei publicae facibus armavit. hos igi-
tur omnis domesticos motus separatos ab externis iu-
stisque bellis ex ordine persequemur.

IVLI FLORI

EPITOMAE DE TITO LIVIO

BELLORVM OMNIVM ANNORVM DCC

LIBER II.

KAPITA LIBRI II.

I. De legibus Gracchanis.
II. Seditio Tiberi Gracchi.
III. Seditio C. Gracchi.
IIII. Seditio Apuleiana.
V. Seditio Drusiana.
VI. Bellum adversus socios.
VII. Bellum servile.
VIII. Bellum Spartacium.
VIIII. Bellum civile Marianum.
X. Bellum Sertorianum.
XI. Bellum civile sub Lepido.
XII. Bellum Catilinae.
XIII. Bellum civile Caesaris et Pompei.
XIIII. Bellum Caesaris Augusti.
XV. Bellum Mutinense.
XVI. Bellum Perusinum. Triumviratus.
XVII. Bellum Cassi et Bruti.
XVIII. Bellum cum Sexto Pompeio.
XVIIII. Bellum Parthicum sub Ventidio.
XX. Bellum Parthicum sub Antonio.
XXI. Bellum cum Antonio et Cleopatra.
XXII. Bellum Noricum.

XXIII. Bellum Illyricum.
XXIIII. Bellum Pannonicum.
XXV. Bellum Delmaticum.
XXVI. Bellum Moesum.
XXVII. Bellum Thracicum.
XXVIII. Bellum Dacicum.
XXVIIII. Bellum Sarmaticum.
XXX. Bellum Germanicum.
XXXI. Bellum Gaetulicum.
XXXII. Bellum Armenicum.
XXXIII. Bellum Cantabricum et Asturicum.
XXXIIII. Pax Parthorum et consecratio Augusti.

I. DE LEGIBVS GRACCHANIS.

III, 13 Seditionum omnium causas tribunicia potestas excitavit, quae specie quidem plebis tuendae, cuius in auxilium comparata est, re autem dominationem sibi adquirens, studium populi ac favorem agrariis, frumentariis, iudiciariis legibus aucupabatur. inerat omnibus
2 species aequitatis. quid tam iustum enim quam recipere plebem sua a patribus [ne populus gentium victor
3 orbisque possessor extorris aris ac focis ageret]? quid tam aequum quam inopem populum vivere ex aerario
4 suo? quid ad ius libertatis aequandae magis efficax quam ut senatu regente provincias ordinis equestris
5 auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur? sed haec ipsa in perniciem redibant, et misera res publica in
6 exitium sui merces erat. nam et a senatu in equitem translata iudiciorum potestas vectigalia, id est imperii
7 patrimonium, subprimebat, et emptio frumenti ipsos rei publicae nervos exhauriebat, aerarium; et reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium eversione, qui ipsi pars populi erant, et iam relictas sibi a maioribus sedes aetate quasi iure possidebant?

II. SEDITIO TIBERI GRACCHI.

Primam certaminum facem Ti. Gracchus accen- III, 14
dit, genere, forma, eloquentia facile princeps. set hic, 2
sive Manciniana e deditionis, quia sponsor foederis fu-
5 erat, contagium timens et inde popularis, sive aequo 3
et bono ductus, quia depulsam agris suis plebem mise-
ratus est, ne populus gentium victor orbisque possessor
laribus ac focis suis exularet, quacumque mente rem
ausus ingentem est. postquam rogationis dies aderat, 4
10 ingenti stipatus agmine rostra conscendit, nec deerat
obvia manu tota inde nobilitas; et tribuni in partibus.
set ubi intercedentem legibus suis C. Octavium videt 5
Gracchus, contra fas collegii, iuris, potestatis iniecta
manu depulit rostris, adeoque praesenti metu mortis
15 exterruit, ut abdicare se magistratu cogeretur. sic 6
triumvir creatus dividendis agris cum ad perpetranda
coepta die comitiorum prorogari sibi vellet imperium,
obvia nobilitas manu eorum, quos agris moverat, cedere
a foro coegit. inde cum in Capitolium profugisset ple- 7
20 bemque ad defensionem salutis suae manu caput tan-
gens hortaretur, praebuit speciem regnum sibi et dia-
dema poscentis, adque ita duce Scipione Nasica, con-
citato in arma populo, quasi iure oppressus est.

III. SEDITIO C. GRACCHI.

25 Statim et mortis et legum fratris sui vindex non III, 15
minore impetu incaluit C. Gracchus. qui cum pari tu- 2
multu atque terrore plebem in avitos agros arcesseret,
et recentem Attali hereditatem in alimenta populo pol-
liceretur, iamque nimius et inpotens altero tribunatu 3
30 secunda plebe volitaret, obrogare auso legibus suis Mi- 4
nucio tribuno, fretus comitum manu fatale familiae suae
Capitolium invasit. inde proximorum caede depulsus 5
cum se in Aventinum recepisset, inde quoque obvia
senatus manu ab Opimio consule oppressus est. insul- 6
35 tatum quoque mortis reliquiis, et illud sacrosanctum ca-
put tribuni plebis percussoribus auro repensatum.

IIII. SEDITIO APVLEIANA.

III, 16 Nihilo minus Apuleius Saturninus Gracchanas adserere leges non destitit. tantum animorum Marius dabat, qui nobilitati semper inimicus, consulatu suo praeterea confisus ***. occiso palam comitiis A. Ninnio conpetitore tribunatus subrogare conatus est in eius locum C. Gracchum, hominem sine tribu, sine notore, sine nomine; set subdito titulo in familiam ipse se ad-
2 optabat. cum tot tantisque ludibriis exultaret inpune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut senatum quoque cogeret in verba iurare, cum abnu-
3 entibus aqua et igni interdicturum minaretur. unus tamen extitit, qui mallet exilium. igitur post Metelli fugam omni nobilitate perculsa cum iam tertium annum dominaretur, eo vaesaniae progressus est, ut consularia
4 quoque comitia nova caede turbaret. quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret, Publium Memmium conpetitorem interfici iussit, et in eo tumultu regem se a satellitibus suis appellatum laetus accepit.
5 tum vero iam conspiratione senatus, ipso quoque iam Mario consule, quia tueri non poterat, adverso, directae
6 in foro acies; pulsus inde Capitolium invasit. sed cum abruptis fistulis obsideretur senatuique per legatos paenitentiae fidem faceret, ab arce degressus cum ducibus factionis receptus in curiam est. ibi eum facta inruptione populus fustibus saxisque opertum in ipsa quoque morte laceravit.

V. SEDITIO DRVSIANA.

III, 17 Postremo Livius Drusus non tribunatus modo viribus, sed ipsius etiam senatus auctoritate totiusque Italiae consensu easdem leges adserere conatus, dum alium
2 captat ex alio, tantum conflavit incendium, ut nec primam illius flammam posset sustinere et subita morte correptus hereditarium in posteros suos bellum propaga-
3 ret. iudiciaria lege Gracchi diviserant populum Romanum et bicipitem ex una fecerant civitatem. equites Ro-

mani tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunasque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus peculabantur suo iure rem publicam; senatus exilio Metelli, damnatione Rutili debilitatus omne decus maiesta-
5 tis amiserat. in hoc statu rerum pares opibus animis di- 4
gnitate (unde et natalium Druso aemulatio accesserat) equitem Servilius Caepio, senatum Livius Drusus adserere. signa aquilae et vexilla deerant: ceterum sic urbe 5
in una quasi in binis castris dissidebatur. prior Caepio
10 in senatum impetu facto reos ambitus Scaurum et Philippum principes nobilitatis elegit. his ut motibus resi- 6
steret Drusus, plebem ad se Gracchanis legibus, isdemque socios ad plebem spe civitatis traxit. extat vox ipsius, nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut
15 caenum dividere vellet aut caelum. aderat promulgandi 7
dies, cum subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa civitas videretur. ausus ta- 8
men obrogare legibus consul Philippus, sed adprehensum faucibus viator non ante dimisit quam sanguis in
20 os et oculos redundaret. sic per vim latae iussaeque le- 9
ges. et pretium rogationis statim socii flagitare, cum inparem Drusum aegrumque rerum temere motarum matura, ut in tali discrimine, mors abstulit. nec ideo [minus] socii promissa Drusi a populo Romano reposcere
25 armis desierunt.

VI. BELLVM ADVERSVM SOCIOS.

Bellum quod adversus socios gestum est sociale III, 18
bellum vocetur licet, ut extenuemus invidiam; si verum tamen volumus, illud civile bellum fuit. quippe cum po-
30 pulus Romanus Etruscos, Latinos Sabinosque sibi miscuerit et unum ex omnibus sanguinem ducat, corpus fecit ex membris et ex omnibus unus est; nec minore 2
flagitio socii intra Italiam quam intra urbem cives rebellabant. itaque cum ius civitatis, quam viribus auxerant, 3
35 socii iustissime postularent, quam in spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat, postquam ille domestico 4
scelere oppressus est, eadem fax, quae illum cremavit,

5 socios in arma et expugnationem urbis accendit. quid hac clade tristius? quid calamitosius? cum omne Latium atque Picenum, Etruria omnis atque Campania, postremo Italia contra matrem suam ac parentem ur-
6 bem consurgeret; cum omne robur fortissimorum fide- 5
lissimorumque sociorum sub suis quisque signis haberent municipalia illa prodigia, Pompedius Marsos, † et Latinos Afrienus, Vmbros Plotius, Egnatius
7 Etruscos, Samnium Lucaniamque Telesinus; cum regum et gentium arbiter populus ipsum se regere non 10
posset, et victrix Asiae et Europae a Corfinio Roma adpeteretur.

8 Primum fuit belli in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Iulius Caesar et Marcius Phi-
9 lippus consules inter sacra et aras immolarentur. post- 15
quam id nefas proditione discussum est, Asculo furor omnis erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis qui tunc aderant ab urbe legatis. hoc fuit
10 inpii belli sacramentum. inde iam passim ab omni parte Italiae duce et auctore belli discursante Pom- 20
pedio diversa per populos et urbes signa cecinere.
11 nec Annibalis nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Faesulae, ecce Carseoli, Aesernia, Nuceria, Picentia penitus ferro et
12 igne vastantur. fusae Rutili copiae, fusae Caepionis. 25
nam ipse Iulius Caesar exercitu amisso cum in urbem cruentus referretur miserabili funere, media in urbe
13 per viam defecit. sed magna populi Romani fortuna, et semper in malis maior, totis denuo viribus consurrexit; adgressique singulos populos Cato discutit 30
Etruscos, Gabinius Marsos, Carbo Lucanos, Sulla
14 Samnites; Pompeius vero Strabo omnia flammis ferroque populatus non prius finem caedium fecit, quam Asculi eversione manibus tot exercituum, consulum direptarumque urbium dis litaretur. 35

VII. BELLVM SERVILE.

Id qualitercumque: etsi cum sociis nefas, cum III, 19
liberis tamen et ingenuis dimicatum est: quis aequo
animo ferat in principe populo bella servorum? pri- 2
5 mum servile bellum inter initia urbis Herdonio
duce Sabino in ipsa urbe temptatum est, cum occu-
pata tribuniciis seditionibus civitate Capitolium obses-
sum est et a consule receptum; sed hic tumultus ma-
gis fuit quam bellum. mox imperio per diversa ter-
10 rarum occupato, quis crederet Siciliam multo cruentius
servili quam Punico bello esse vastatam? terra fru- 3
gum ferax et quodam modo suburbana provincia lati-
fundiis civium Romanorum tenebatur. hic ad cultum
agri frequentia ergastula catenatique cultores mate-
15 riam bello praebuere. Syrus quidam nomine Eunus — 4
magnitudo cladium facit, ut meminerimus — fanatico
furore simulato, dum Syriae deae comas iactat, ad
libertatem et arma servos quasi numinum imperio con-
citavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore ab- 5
20 dita nuce quam sulphure et igni stipaverat, leniter
inspirans flammam inter verba fundebat. hoc miracu- 6
lum primo duo milia ex obviis, mox iure belli re-
fractis ergastulis sexaginta amplius milium fecit exer-
citum; regisque, ne quid mali deesset, decoratus in-
25 signibus castella, vicos, oppida miserabili direptione
vastavit. quid? illud quoque ultimum dedecus belli, 7
capta sunt castra praetorum; nec nominare ipsos pu-
debit, castra Manlii, Lentuli, Pisonis, Hypsaei. ita-
que qui per fugitivarios abstrahi debuissent, praetorios
30 duces profugos proelio ipsi sequebantur. tandem Per-
perna imperatore supplicium de eis sumptum est. hic 8
enim victos et aput Hennam novissime obsessos cum
fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latro-
num compedibus catenis crucibusque punivit; fuitque
35 de servis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi
servili inscriptione violaret.

Vixdum respiraverat insula, cum statim Servilio 9

praetore a Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor interfecto domino familiam ergastulo liberatam sub
10 signis ordinat. ipse veste purpurea argenteoque baculo et regium in morem fronte redimita non minorem quam ille fanaticus prior conflavit exercitum, acrius- 5 que multo, quasi et illum vindicaret, vicos, oppida, castella diripiens, in dominos, quamquam in servos
11 infestius quasi in transfugas, saeviebat. ab hoc quoque praetorii exercitus fusi, capta Servili castra, capta Luculli. sed Titus Aquilius Perpernae usus exemplo, 10 interclusum hostem commeatibus ad extrema conpulit comminutasque copias fame armis facile delevit; dedidissentque se, nisi suppliciorum metu voluntariam
12 mortem praetulissent. ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quamvis vivus in manus venerit. 15 quippe dum circa adprehendendum eum a multitudine contenditur, inter rixantium manus praeda lacerata est.

VIII. BELLVM SPARTACIVM.

III, 20 Enimvero et servilium armorum dedecus feras; 20 nam etsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum hominum genus sunt et in bona libertatis nostrae adoptantur: bellum Spartaco duce concitatum
2 quo nomine appellem nescio; quippe cum servi militaverint, gladiatores imperaverint, illi infimae sortis 25 homines, hi pessumae auxere ludibriis calamitatem Romanam.

3 Spartacus, Crixus, Oenomaus effracto Lentuli ludo cum triginta haut amplius eiusdem fortunae viris erupere Capuam; servisque ad vexillum vocatis 30 cum statim decem milia amplius coissent, homines modo effugisse contenti, iam et vindicari volebant.
4 prima sedes velut beluis mons Vesuvius placuit. ibi cum obsiderentur a Clodio Glabro, per fauces cavi montis vitineis delapsi vinculis ad imas eius descendere radi- 35 ces et exitu inviso nihil tale opinantis ducis subito impetu
5 castra rapuerunt; inde alia [castra], Vareniana, castra

deinceps Thorani; totamque pervagantur Campaniam.
nec villarum adque vicorum vastatione contenti No-
lam atque Nuceriam, Thurios atque Metapontum ter-
ribili strage populantur. adfluentibus in diem copiis 6
5 cum iam esset iustus exercitus, e viminibus pecu-
dumque tegumentis inconditos sibi clipeos, ex ferro
ergastulorum recocto gladios ac tela fecerunt. ac ne 7
quod decus iusto deesset exercitui, domitis obviis
etiam gregibus paratur equitatus, captaque de prae-
10 toribus insignia et fasces ad ducem detulere. nec ab- 8
nuit ille de stipendiario Thrace miles, de milite de-
sertor, de desertore latro, deinde in honorem virium
gladiator. quin defunctorum quoque proelio ducum 9
funera imperatorum celebravit exsequiis, captivosque
15 circa rogum iussit armis depugnare, quasi plane ex-
piaturus omne praeteritum dedecus, si de gladiatore
munerarius bustum fecisset. inde iam consularem quo- 10
que adgressus in Appenino Lentuli exercitum cecidit,
apud Mutinam Publi Cassi castra delevit. quibus ela- 11
20 tus victoriis de invadenda urbe Romana — quod satis
est turpitudini nostrae — deliberavit. tandem enim 12
totis imperii viribus contra myrmillonem consurgunt,
pudoremque Romanum Licinius Crassus adseruit; a
quo pulsi fugatique — pudet dicere — hostes in ex-
25 trema Italiae refugerunt. ibi circa Brittium angulum 13
clusi, cum fugam in Siciliam pararent neque navigia
suppeterent, ratesque ex trabibus et dolea conexa vir-
gultis rapidissimo freto frustra experirentur, tandem
eruptione facta digna viris obiere morte et, quod sub 14
30 gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.
Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans
quasi imperator occisus est.

VIIII. BELLVM CIVILE MARIANVM.

Hoc deerat unum populi Romani malis, ut III, 21
35 iam ipse intra se parricidale telum domi stringeret, et
in urbe media ac foro quasi harena cives cum civibus
suis gladiatorio more concurrerent. aequiore animo 2

utcumque ferrem, si plebei duces aut, si nobiles, mali saltem ducatum sceleri praebuissent. tum vero — pro facinus! — qui viri! qui imperatores! decora et ornamenta saeculi sui, Marius et Sulla, pessimo facinori suam etiam dignitatem praebuerunt. 5

3 Bellum civile Marianum sive Sullanum tribus, ut sic dixerim, sideribus agitatum est. primum levi et modico tumultu maiore quam bello, intra ipsos dum-
4 taxat armorum duces subsistente saevitia; mox atrocius et cruentius, per ipsius viscera senatus grassante 10
5 victoria; ultimo non civicam modo, sed hostilem quoque rabiem supergressum [est], cum armorum furor totius Italiae viribus niteretur, eo usque odiis saevientibus peractum est, donec deessent qui occiderentur. 15

6 Initium et causa belli inexplebilis honorum Marii fames, dum decretam Sullae provinciam Sulpicia lege sollicitat. sed inpatiens iniuriae statim Sulla legiones circumegit, dilatoque Mithridate Esquilina Collinaque
7 porta geminum urbi agmen infudit. inde cum consu- 20 les Sulpicius et Albinovanus obiecissent catervas suas, et saxa undique a moenibus ac tela iacerentur, ipse quoque iaculatus incendia viam fecit arcemque Capitolii, quae Poenos quoque, quae Gallos etiam Seno-
8 nas evaserat, quasi captivam victor insedit. tum ex 25 consulto senatus adversariis hostibus iudicatis in praesentem tribunum aliosque diversae factionis iure saevitum est; Marium servilis fuga exemit, immo fortuna alteri bello reservavit.

9 Cornelio Cinna Gneo Octavio consulibus male ob- 30 rutum resurrexit incendium, et quidem ab ipsorum discordia, cum de revocandis quos senatus hostes iudi-
10 caverat ad populum referretur; cincta quidem gladiis contione, sed vincentibus quibus pax et quies potior, profugus patria sua Cinna confugit ad partes. rediit 35 ab Africa Marius clade maior; si quidem carcer ca-
11 tenae, fuga exilium horrificaverant dignitatem. itaque ad nomen tanti viri late concurritur, servitia —

pro nefas! — et ergastula armantur, et facile invenit
exercitum imperator. itaque vi patriam reposcens, 12
unde vi fuerat expulsus, poterat videri iure agere,
nisi causam suam saevitia corrumperet. sed cum dis
5 hominibusque infestus rediret, statim primo impetu
cliens et alumna urbis Ostia nefanda strage diripitur.
mox in urbem quadruplici agmine intratur. divisere 13
copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. hic post-
quam manus omnis Octavi depulsa Ianiculo est, sta-
10 tim ad principum caedem signo dato aliquanto saevius
quam vel in Punica urbe saevitur. Octavi consulis 14
caput pro rostris exponitur, Antonii consularis in
Mari ipsius mensis. Caesares a Fimbria in penatibus
domuum suarum trucidantur, Crassi pater et filius
15 in mutuo alter alterius aspectu. Baebium atque Nu-
mitorium per medium forum unci traxere carnificum.
Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit. 15
Merula flamen Dialis in Capitolio Iovis ipsius oculos 16
venarum cruore respersit. Ancharius ipso vidente Ma-
20 rio confossus est, quia fatalem illam scilicet manum
non porrexerat salutanti. haec tot senatus funera in- 17
tra kalendas et idus Ianuarii mensis septima illa Marii
purpura dedit. quid futurum fuit, si annum consula-
tus implesset?

25 Scipione Norbanoque consulibus tertius ille turbo 18
civilis insaniae toto furore detonuit, quippe cum hinc
octo legiones, quingentae cohortes starent in armis,
inde ab Asia cum victore exercitu Sulla properaret.
et sane cum tam ferox in Sullanos Marius fuisset, 19
30 quanta saevitia opus erat, ut Sulla de Mario vindi-
caretur? primum aput Capuam sub amne Vulturno signa
concurrunt, et statim Norbani fusus exercitus, statim
Scipionis copiae ostentata spe pacis oppressae. tum 20
Marius iuvenis et Carbo consules quasi desperata
35 victoria, ne inulti perirent, in antecessum sanguine
senatus sibi parentabant, obsessaque curia sic de senatu
quasi de carcere qui iugularentur educti. quantum 21
funerum in foro, in circo, in penetralibus templis!

nam Mucius Scaevola pontifex Vestalis amplexus aras
22 tantum non eodem igne sepelitur. Lamponius atque
Telesinus, Samnitum duces, atrocius Pyrrho et An-
nibale Campaniam Etruriamque populantur, et sub
23 specie partium se vindicant. apud Sacriportum Col- 5
linamque portam debellatae omnes hostium copiae;
ibi Marius, hic Telesinus oppressi. nec idem tamen
caedium qui belli finis fuit. stricti enim et in pace
gladii, animadversumque in eos, qui se sponte dedi-
24 derant. minus est, quod aput Sacriportum, aput Col- 10
linam septuaginta milia amplius Sulla concidit: bel-
lum erat. quattuor milia deditorum inermium civium
25 in villa publica interfici iussit: isti tot in pace non
plures sunt? quis autem illos potest conputare, quos
in urbe passim quisquis voluit occidit? donec admo- 15
nente Fufidio, vivere aliquos debere, ut essent qui-
bus imperaret, proposita est ingens illa tabula, et ex
ipso equestris ordinis flore ac senatu duo milia ele-
26 cti, qui mori iuberentur: novi generis edictum. lon-
gum post haec referre ludibrio habita fata Carbonis, 20
fata Sorani, Plaetorios atque Venuleios, Baebium sine
ferro ritu ferarum inter manus laniatum, Marium, du-
cis ipsius fratrem, aput Catuli sepulcrum oculis effos-
sis, manibus cruribusque effractis servatum aliquan-
27 diu, ut per singula membra moreretur. possis singu- 25
lorum hominum ferre poenas: municipia Italiae splen-
didissima sub hasta venierunt, Spoletium, Interamni-
28 um, Praeneste, Florentia. nam Sulmonem, vetus op-
pidum socium atque amicum — facinus indignum! —
non expugnat aut obsidet iure belli; sed quo modo 30
morte damnati duci iubentur, sic damnatam civitatem
iussit Sulla deleri.

X. BELLVM SERTORIANVM.

III, 22 Bellum Sertorianum quid amplius quam Sullanae
proscriptionis hereditas fuit? hostile potius an civile 35
dixerim nescio, quippe quod Lusitani Celtiberique
2 Romano gesserint duce. exul et profugus feralis il-

lius tabulae, vir summae quidem sed calamitosae virtutis malis suis maria terrasque permiscuit; et iam Africae, iam Balearibus insulis fortunam expertus usque in Oceanum fortunatasque insulas penetravit consiliis, tandem Hispaniam armavit. viro cum viris fa- 3
cile convenit. nec alias magis apparuit Hispani militis vigor quam Romano duce. quamquam ille non 4
contentus Hispania ad Mithridatem quoque Ponticosque respexit regemque classe iuvit. et quid futurum 5
fuit satis tanto hosti, cui uno imperatore resistere res Romana non potuit? additus Metello Gneus Pompeius. hi copias adtriverant viri, prope tota Hispania 6
persecuti. diu et ancipiti semper acie pugnatum est; nec tamen prius bello quam suorum scelere et insidiis extinctus est. prima per legatos habita certamina, cum hinc Domitius et Thorius, inde Hirtulei proluderent; mox his aput Segoviam, illis apud Anam 7
flumen oppressis, ipsi duces comminus invicem experti apud Lauronem atque Sucronem aequavere cla-
des. tum illis ad populationes agrorum, his ad ur- 8
bium excidia conversis, misera inter Romanos duces Hispania discordiae poenas dabat; donec oppresso 9
domestica fraude Sertorio, victo deditoque Perperna, ipsae quoque in Romanam fidem venere urbes Osca, Termeste, Vlia, Valentia, Auxuma et in fame nihil non experta Calagurris. sic recepta in pacem Hispania. victores duces externum id magis quam civile bellum videri voluerunt, ut triumpharent.

XI. BELLVM CIVILE SVB LEPIDO.

Marco Lepido Quinto Catulo consulibus civile III, 23
bellum paene citius oppressum est quam inciperet: sed quantulacumque fax illius motus ab ipso Sullae rogo exarsit. cupidus rerum novarum per insolen- 2
tiam Lepidus acta tanti viri rescindere parabat; nec inmerito, si tamen posset sine magna clade rei publicae. nam cum iure belli Sulla dictator proscripsis- 3
set inimicos, qui supererant revocante Lepido quid

aliud quam ad bellum vocabantur? cumque damnatorum civium bona addicente Sulla quamvis male capta iure tamen tenerentur, repetitio eorum procul du-
4 bio labefactabat compositae civitatis statum. expediebat ergo quasi aegrae sauciaeque rei publicae qui- 5
escere quomodocumque, ne volnera curatione ipsa re-
5 scinderentur. ergo cum turbidis contionibus velut classico civitatem terruisset, profectus in Etruriam
6 arma inde et exercitum urbi admovebat. sed iam Mulvium pontem collemque Ianiculum Lutatius Catu- 10
lus Gneusque Pompeius, Sullanae dominationis duces
7 atque signiferi, alio exercitu insederant. a quibus primo statim impetu retro pulsus hostisque a senatu iudicatus incruenta fuga Etruriam, inde Sardiniam
8 recessit, ibique morbo et paenitentia interiit. victo- 15
res quoque, quod non temere alias in civilibus bellis, partis contenti fuerunt.

XII. BELLVM CATILINAE.

IIII, 1 Catilinam luxuria primum, tum hinc conflata egestas rei familiaris, simul occasio, quod in extremis 20
finibus mundi arma Romana peregrinabantur, in nefaria consilia opprimendae patriae suae conpulere.
2 senatum confodere, consules trucidare, distringere incendiis urbem, diripere aerarium, totam denique rem publicam funditus tollere et quidquid nec Annibal vi- 25
3 deretur optasse, quibus — o nefas! — sociis adgressus est! ipse patricius; sed hoc minus est: Curii, Porcii, Sullae, Cethegi, Autronii, Varguntei atque Longini, quae familiae! quae senatus insignia! Lentulus quoque tum cum maxime praetor. hos omnis inma- 30
4 nissimi facinoris satellites habuit. additum est pignus coniurationis sanguis humanus, quem circumlatum pateris bibere: summum nefas, ni amplius esset, pro-
5 pter quod biberunt. actum erat de pulcherrimo imperio, nisi illa coniuratio in Ciceronem et Antonium 35
consules incidisset, quorum alter industria rem pate-
6 fecit, alter manu oppressit. tanti sceleris indicium

per Fulviam emersit, vilissimum scortum, sed patri-
ciis innocentius. consul habito senatu in praesentem 7
reum peroravit; sed non amplius profectum, quam ut
hostis evaderet seque tum palam ac professe incen-
5 dium suum restincturum ruina minaretur. et ille qui- 8
dem ad praeparatum a Manlio in Etruria exercitum
proficiscitur signa inlaturus urbi. Lentulus destina-
tum familiae suae Sibyllinis versibus regnum sibi va-
ticinans ad praestitutum a Catilina diem urbe tota
10 viros, faces, tela disponit. nec civili conspiratione 9
contentus legatos Allobrogum, qui tum forte aderant,
in arma sollicitat. isset ultra Alpes furor, nisi altera
proditione Volturci praetoris litterae tenerentur. sta-
tim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus;
15 palam praetor in senatu convincitur. de supplicio 10
agentibus, Caesar parcendum dignitati, Cato animad-
vertendum pro scelere censebant. quam sententiam 11
secutis omnibus in carcere parricidae strangulantur.
quamvis parte coniurationis oppressa, tamen ab in-
20 cepto Catilina non destitit; infestis ab Etruria signis
patriam petens obvio Antonii exercitu opprimitur.
quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit. nemo 12
hostium bello superfuit; quem quis in pugnando ce-
perat locum, eum amissa anima corpore tegebat. Ca-
25 tilina longe a suis inter hostium cadavera repertus
est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.

XIII. BELLVM CIVILE CAESARIS ET POMPEI.

Iam toto orbe paene pacato maius erat imperium IIII, 2
Romanum, quam ut ullis exteris viribus opprimi pos-
30 set. itaque invidens fortuna principi gentium populo
ipsum illum in exitium sui armavit. ac Mariana qui- 2
dem Cinnanaque rabies iam intra urbem praeluserat,
quasi si experiretur. Sullana tempestas latius, intra
Italiam tamen detonuerat. Caesaris furor atque Pom- 3
35 pei urbem Italiam, gentes nationes, totum qua pate-
bat imperium quodam quasi diluvio et inflammatione
corripuit, adeo ut non recte tantum civile dicatur, ac 4

ne sociale quidem, sed nec externum, sed potius commune quoddam ex omnibus et plus quam bellum.
5 quippe si duces eius inspicias, totus senatus in partibus; si exercitus, hinc undecim legiones, inde decem et octo, flos omnis et robur Italici sanguinis; 5 si auxilia sociorum, hinc Gallici Germanique dilectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarcondimotus, Cotys et Rhascypolis, omne Thraciae, Cappadociae, Ma-
6 cedoniae, Ciliciae, Graeciae totiusque robur orientis; si moram belli, quattuor anni, set pro clade rerum bre- 10 ves; si locum et spatium, commissum est intra Italiam, inde se in Galliam Hispaniamque deflexit reversumque ab occasu totis viribus in Epiro Thessaliaque consedit; hinc in Aegyptum subito transiluit, inde respexit Asiam, Africae incubuit, postremo in 15
7 Hispaniam regyravit et ibi aliquando defecit. sed non et odia partium finita cum bello. non enim prius quieverunt, quam in ipsa urbe medio senatu eorum, qui victi erant, odia victoris se caede satiarent.
8 Causa tantae calamitatis eadem quae omnium, 20 nimia felicitas. si quidem Quinto Metello Lucio Afranio consulibus cum Romana maiestas toto orbe polleret recentesque victorias, Ponticos et Armenios triumphos, in Pompeianis theatris Roma cantaret, nimia Pompei potentia aput otiosos, ut solet, cives movit 25
9 invidiam. Metellus ob inminutum Cretae triumphum, Cato adversus potentes semper obliquus detrectare Pompeio actisque eius obstrepere. hic dolor transversum egit et ad praesidia dignitati paranda inpulit.
10 forte tunc Crassus genere divitiis dignitate florebat, 30 ut vellet tamen auctioris opes; C. Caesar eloquentia et spiritu, ecce iam et consulatu adlevabatur; Pom-
11 peius tamen inter utrumque eminebat. sic igitur Caesare dignitatem conparare, Crasso augere, Pompeio retinere cupientibus omnibusque pariter potentiae cu- 35
12 pidis de invadenda re publica facile convenit. ergo cum mutuis viribus in suum quisque decus niterentur, Galliam Caesar invadit, Crassus Asiam, Pompe-

ius Hispaniam: tres maximi exercitus, et in his orbis imperium societate trium principum occupatur. de- 13
cem annos traxit ista dominatio ex fide, quia mutuo metu tenebantur. Crassi morte apud Parthos, morte
5 Iuliae Caesaris filiae, quae nupta Pompeio generi socerique concordiam matrimonii foedere continebat, statim aemulatio erupit. iam Pompeio suspectae Cae- 14
saris opes et Caesari Pompeiana dignitas gravis. nec ille ferebat parem, nec hic superiorem. pro nefas!
10 sic de principatu laborabant, tamquam duos tanti imperii fortuna non caperet. ergo Lentulo Marcelloque 15
consulibus rupta primum coniurationis fides. de successione Caesaris senatus, id est Pompeius agitabat, nec ille abnuebat, si ratio sui proximis comitiis ha-
15 beretur. ut daretur consulatus absenti, quem decem 16
tribuni favente Pompeio nuper decreverant, dissimulante eodem negabatur: veniret et peteret more maiorum. ille contra flagitare decreta, ac, nisi fides 17
permaneret, non remittere exercitum. ergo ut in ho-
20 stem decernitur. his Caesar agitatus statuit praemia armorum armis defendere.

Prima civilis belli harena Italia fuit, cuius arces 18
levibus praesidiis Pompeius insederat; sed omnia subito Caesaris impetu oppressa sunt. prima Arimino 19
25 signa cecinerunt. tum pulsus Etruria Libo, Vmbria Thermus, Domitius Corfinio. et peractum erat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundisii opprimere potuisset. et ceperat; sed ille per obsessi claustra 20
portus nocturna fuga evasit. turpe dictu! modo prin-
30 ceps patrum, pacis bellique moderator per triumphatum a se mare lacera et paene inermi nave fugiebat. nec Pompei ab Italia quam senatus ab urbe fuga 21
turpior: quam paene vacuam metu Caesar ingressus consulem se ipse fecit. aerarium quoque sanctum,
35 quod quia tardius aperiebant tribuni iussit effringi, censum et patrimonium populi Romani, ante rapuit quam imperium.

Pulso fugatoque Pompeio maluit prius ordinare 22

provincias quam ipsum sequi. Siciliam et Sardiniam,
23 annonae pignera, per legatos habet. nihil hostile
erat in Gallia; pacem ipse fecerat. sed ad Hispani-
enses Pompei exercitus transeunti per eam duci por-
tas claudere ausa Massilia est. misera dum cupit pa- 5
cem, belli metu in bellum incidit; sed quia tuta mu-
24 ris erat, vinci eam sibi iussit absenti. Graecula ci-
vitas non pro mollitia nominis et vallum rumpere et
incendere machinas ausa, etiam congredi navibus;
25 sed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra 10
marique perdomuit. mox dedentibus se omnia ablata
praeter quam potiorem omnibus habebant libertatem.
26 Anceps variumque sed incruentum in Hispania
bellum cum legatis Gnei Pompei, Petreio et Afranio,
quos Ilerdae castra habentes aput Sicorim amnem ob- 15
27 sidere et ab oppido intercludere adgreditur. interim
abundatio verni fluminis commeatibus prohibebat: sic
fame castra temptata sunt, obsessorque ipse quasi ob-
28 sidebatur. sed ubi pax fluminis rediit, populationi-
bus et pugnae campos aperuit, iterum ferox instat et 20
cedentes ad Celtiberiam consecutus aggere et vallo et
29 per haec siti ad deditionem conpulit. sic citerior Hi-
spania recepta est, nec ulterior moram fecit. quid
enim una post quinque legiones? itaque ultro cedente
Varrone Gades, fretum, Oceanus, omnia felicitatem 25
Caesaris sequebantur.
30 Aliquid tamen adversus absentem ducem ausa
Fortuna est circa Illyricam et Africam oram, quasi
31 de industria prospera eius adversis radiaret. quippe
cum fauces Adriani maris iussi occupare Dolabella et 30
Antonius, ille Illyrico, hic Curictico litore castra po-
suissent, iam maria late tenente Pompeio, repente le-
gatus eius Octavius Libo ingentibus copiis classico-
32 rum utrumque circumvenit. deditionem fames extor-
sit Antonio. missae quoque a Basilo in auxilium eius 35
rates, quales inopia navium fecerant, nova Pompeia-
norum arte Cilicum actis sub mari funibus captae
33 quasi per indaginem. duas tamen aestus explicuit.

una, quae Opiterginos ferebat, in vadis haesit memorandumque posteris exemplum dedit. quippe vix mille iuvenum manus circumfusi undique exercitus per totum diem tela sustinuit, et cum exitum virtus
5 non haberet, tandem ne in deditionem veniret hortante tribuno Vulteio mutuis ictibus inter se concurrit. in Africa quoque par et virtus et calamitas Cu- 34
rionis fuit, qui ad recipiendam provinciam missus pulso fugatoque Varo superbus subitum Iubae regis
10 adventum equitatumque Maurorum sustinere non potuit. patebat victo fuga; sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur.

Sed iam debitum par Fortuna flagitante sedem 35
bello Pompeius Epiron elegerat; nec Caesar moraba-
15 tur. quippe ordinatis a tergo omnibus, quamvis hi- 36
emps media prohiberet tempestate, ad bellum navigavit; positisque ad Oricum castris, cum pars exer- 37
citus ob inopiam navium cum Antonio relicta Brundisii moram faceret, adeo inpatiens erat, ut ad arces-
20 sendos eos ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio navigio solus ire temptaverit. extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorem vox ipsius 'Caesarem vehis.' contractis in unum undique omnibus 38
copiis positisque comminus castris diversa erant du-
25 cum consilia. Caesar pro natura ferox et conficiendae rei cupidus ostentare aciem, provocare, lacessere; 39
nunc obsidione castrorum, quae sedecim milium vallo obduxerat — sed quid iis obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis abundarent? — nunc expu- 40
30 gnatione Dyrrachi inrita, quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret; ad hoc adsiduis in eruptione hostium proeliis, quo tempore egregia virtus Scaevolae centurionis emicuit, cuius in scuto centum atque viginti tela sederunt; iam vero urbium direptione so- 41
35 ciarum, cum Oricum et Gomphos et alia castella Thessaliae vastaret. Pompeius adversus haec nectere mo- 42
ras, tergiversari, sic hostem interclusum undique inopia commeatuum terere, usque dum ardentissimi

43 ducis consenesceret impetus. nec diutius profuit ducis
salutare consilium. miles otium, socii moram, prin-
cipes ambitum ducis increpabant. sic praecipitantibus
fatis proelio sumpta Thessalia est, et Philippicis cam-
pis urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt. 5
44 numquam ullo loco tantum virium populi Romani,
tantum dignitatis Fortuna respexit: trecenta amplius
milia hinc vel illinc praeter auxilia, reges et senatum.
45 numquam inminentis ruinae manifestiora prodigia:
fuga victimarum, examina in signis, interdiu tene- 10
brae. dux ipse in nocturna imagine plausum theatri
sui audiens in modum planctus circumsonatus et ma-
ne cum pullo pallio — nefas — aput principia con-
46 spectus est. numquam acrior neque alacrior exerci-
tus Caesaris fuit; inde classica prius, inde tela. ad- 15
notatum quoque committentis aciem Crastini pilum,
qui mox adacto in os gladio, sic inter cadavera re-
pertus est: libidinem ac rabiem qua pugnaverat ipsa
47 novitate volneris praeferebat. sed nec minus admi-
rabilior illius exitus belli. quippe cum Pompeius adeo 20
equitum copia abundaret, ut facile circumventurus
48 sibi Caesarem videretur, circumventus ipse est. nam
cum diu aequo Marte contenderent, iussuque Pompei
effusius a cornu erupisset equitatus, repente hinc si-
gno dato Germanorum cohortes tantum in effusos 25
equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire
49 in equis viderentur. hanc stragem fugientis equita-
tus levis armaturae ruina comitata est; tunc terrore
latius dato, turbantibus invicem copiis, reliqua stra-
ges quasi una manu facta est; nec ulla res magis exi- 30
50 tio fuit quam ipsa exercitus magnitudo. multus in eo
proelio Caesar fuit mediusque inter imperatorem et
militem. voces quoque obequitantis acceptae, altera
cruenta, sed docta et ad victoriam efficax 'miles fa-
ciem feri!' altera ad iactationem conposita 'parce ci- 35
51 vibus!' cum ipse sequeretur felicem utcumque in ma-
lis Pompeium, si eadem ipsum quae exercitum eius
fortuna traxisset. superstes dignitatis suae vixit, ut

cum maiore dedecore per Thessalica Tempe equo fugeret, ut una navicula Lesbon applicaretur, ut Syedris in deserto Ciliciae scopulo fugam in Parthos, Africam vel Aegyptum agitaret, ut denique Pelusio 52
5 litore imperio vilissimi regis, consiliis spadonum et, ne quid malis deesset, Septimii desertoris sui gladio trucidatus sub oculis uxoris suae liberorumque moreretur.

Quis non peractum esse cum Pompeio crederet? 53
10 atquin acrius multo atque vehementius Thessalici incendii cineres recaluerunt. et in Aegypto quidem 54 adversus Caesarem sine partibus bellum. quippe cum 55 Ptolemaeus, rex Alexandriae, summum civilis belli scelus peregisset et foedus amicitiae cum Caesare me-
15 dio Pompei capite sanxisset, ultionem clarissimi viri manibus quaerente Fortuna causa non defuit. Cleo- 56 patra, regis soror, adfusa Caesaris genibus partem regni reposcebat. aderat puellae forma, et quae duplicaretur ex illo, quod talis passa videbatur iniuriam,
20 odium ipsius regis, qui Pompei necem partium fato, 57 non Caesari dederat, haud dubie idem in ipsum ausurus, si fuisset occasio. quam ubi Caesar restitui 58 iussit in regnum, statim ab isdem percussoribus Pompei obsessus in regia quamvis exigua manu ingentis
25 exercitus molem mira virtute sustinuit. ac primum 59 proximorum aedificiorum atque navalium incendio infestorum hostium tela summovit, mox in paeninsulam Pharon subitus evasit; inde depulsus in maria mira felicitate ad proximam classem enatavit, relicto qui-
30 dem in fluctibus paludamento seu fato seu consilio, ut illud ingruentibus hostium telis saxisque peteretur. tunc receptus a classicis suis, undique simul hostes 60 adortus de inbelli ac perfida gente iusta generi manibus dedit. quippe et Theodotus magister auctorque
35 totius belli, et ne virilia quidem portenta, Pothinus atque Ganymedes diversa per mare et terras fuga morte consumpti. regis ipsius corpus obrutum limo repertum est in aureae loricae honore.

61 In Asia quoque novus rerum motus a Ponto, quasi de industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exitum, ut a Pompeio pater, a Caesare filius
62 vinceretur. rex Pharnaces magis discordiae nostrae fiducia quam suae virtutis infesto in Cappadociam 5
63 agmine ruebat. sed hunc Caesar adgressus uno et, ut sic dixerim, non toto proelio obtrivit, more fulminis, quod uno eodemque momento venit, percussit, abscessit. nec vana de se praedicatio est Caesaris, ante hostem victum esse quam visum. 10

64 Sic cum exteris; at in Africa cum civibus multo atrocius quam in Pharsalia. hic reliquias partium naufragarum quidam fugae aestus expulerat; nec re-
65 liquias diceres, sed integrum bellum. sparsae magis quam oppressae vires erant; auxerat sacramentum ipsa 15 clades imperatoris, nec degenerabat ducum successio. quippe satis ample sonabant in Pompeiani nominis locum Cato et Scipio. accessit copiis Mauretaniae rex
66 Iuba, videlicet ut latius vinceret Caesar. nihil ergo inter Pharsaliam et Thapson, nisi quod amplior**; 20 eoque acrior Caesareanorum impetus fuit, indignantium post Pompeium crevisse bellum; denique, quod alias numquam, ante imperium ducis sua sponte si-
67 gna cecinerunt. et primum strages a Iuba coepit, cuius elephanti bellorum rudes et nuper a silva con- 25 sternati subito clangore lituorum in suos sese circumegere. statim exercitus in fugam, nec duces fortius quam ut effugerent. non inconspicua tamen mors
68 omnium. iam Scipio nave fugiebat; sed adsecutis hostibus gladium per viscera exegit et, ubi esset quo- 30 dam requirente, respondit hoc ipsum 'bene se habet
69 imperator.' Iuba cum se recepisset in regiam, magnifice epulatus est postero die cum Petreio fugae comite superque mensas et pocula interficiendum se ei praebuit. ille et regi suffecit et sibi, cum interim 35 semesi in medio cibi et parentalia fercula regio simul
70 Romanoque sanguine madebant. Cato non interfuit bello. positis aput Bagradam castris Vticam veluti

altera Africae claustra servabat. sed accepta partium
clade nihil cunctatus est et, ut sapiente dignum erat, 71
mortem sibi etiam laetus accivit. nam postquam filium
comitesque ab amplexu dimisit, in noctem lecto ad
5 lucernam Platonis libro, qui inmortalitatem animae
docet, paulum quieti dedit; tunc circa primam vigi-
liam stricto gladio revelatum pectus semel iterumque 72
percussit. ausi post hoc virum medici violare fomen-
tis. ille passus, dum abscederent, rescidit plagas se-
10 cutaque vi sanguinis moribundas manus in ipso vol-
nere reliquit, quod ipse bis fecerat.

Quasi numquam esset dimicatum, sic arma rur- 73
sus et partes, quantoque Africa supra Thessaliam
fuit, tanto Africam superabat Hispania. plurimum 74
15 quantum favoris partibus dabat fraternitas ducum et
pro uno duos stare Pompeios. itaque nusquam atro- 75
cius nec tam ancipiti Marte concursum est. primum
in ipso ostio Oceani Varus Didiusque legati conflixere.
sed acrius fuit cum ipso mari quam inter se navibus
20 bellum, siquidem, quasi furorem civium castigáret,
Oceanus utramque classem naufragio cecidit. quinam 76
ille horror, cum eodem tempore fluctus procellae, viri
naves, arma et armamenta confligerent! adde situs
ipsius formidinem, vergentia in unum, hinc Hispa-
25 niae, inde Máuritaniae litora, mare et intestinum et
externum inminentesque Herculis speculas, cum om-
nia undique simul proelio et tempestáte saevirent. 77
mox circá obsidionem urbium utrimque discursum est,
quae miserae inter hos atque illos duces societatis
30 Romanae poenas dabant. omnium postremá certami-
num Mundá. hic non pro cetera felicitáte, sed anceps 78
et diu triste proelium, ut plane videretur nescio quid
librare Fortuna. sane et ipse ante aciem maestior non 79
ex more Caesar, sive respectu fragilitatis humanae,
35 sive nimiam prosperorum suspectam habens continua-
tionem, vel eadem timens, postquam idem esse coe-
perat quod Pompeius; et in ipso proelio, quod nemo
umquam meminerat, cum diu pari Marte acies nihil 80

amplius quam occiderent, in medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosque silentium, quasi
81 convenisset et hic omnium sensus esset 'quo usque bellum?' novissime inusitatum Caesaris oculis nefas: post quattuordecim annos probata veteranorum manus 5 gradum retro dedit, quos, etsi nondum fugerant, apparuit tamen pudore magis quam virtute resistere.
82 itaque ille ablegato equo similis furenti primam in aciem procurrit. ibi prensare fugientis, confirmare signiferos, orare hortari increpare, per totum denique 10
83 agmen oculis manibus clamore volitare. dicitur in illa perturbatione et de extremis agitasse secum manifestoque voltu fuisse, quasi occupare mortem manu vellet; nisi cohortes hostium quinque per transversam aciem actae, quas Labienus periclitantibus castris 15
84 praesidio miserat, speciem fugae praebuissent. hoc aut et ipse credidit aut dux callidus arripuit in occasionem, et quasi in fugientes et iam victos simul et suorum erexit animos et hostis perculit. nam et hi, dum se putant vincere, fortius sequi, et Pompeiani, 20
85 dum fugere credunt suos, fugere coeperunt. quanta fuerit in hostibus caedendis ira rabiesque victoribus, sic aestimari potest, quod a proelio profugi cum se Mundam recepissent, et Caesar obsideri statim victos imperasset, congestis cadaveribus agger effectus est, 25 quae phalaricis tragulisque confixa inter se teneban-
86 tur, — foedum etiam in barbaros. sed videlicet victoriam desperantibus Pompei liberis, Gneum proelio profugum, crure saucium, deserta et avia petentem Caesonius aput Lauronem oppidum consecutus, pu- 30
87 gnantem — adeo nondum desperabat — interfecit; Sextum fortuna in Celtiberia interim abscondit aliisque post Caesarem bellis servavit.

88 Caesar in patriam victor invehitur, primum de Gallia triumphum trahens: hic erat Rhenus et Rhoda- 35 nus et ex auro captivus Oceanus. altera laurus Aegyptia: tunc in ferculis Nilus, Arsinoe et ad simu-
89 lacrum ignium ardens Pharos. tertius de Pharnace

currus et Ponto. quartus Iubam et Mauretaniam et
bis subactam ostendebat Hispaniam. Pharsalia et Tha-
psos et Munda nusquam. et quanto maiora erant, de
quibus non triumphabat!

5 Hic aliquando finis armis fuit; reliqua pax in- 90
cruenta pensatumque clementia bellum. nemo caesus
imperio praeter Afranium (satis ignoverat semel) et
Faustum Sullam (docuerat generos timere Pompeius)
filiamque Pompei et parvulos ex Sulla (hic posteris
10 cavebatur). itaque non ingratis civibus omnes in prin- 91
cipem congesti honores: circa templa imagines, in
theatro distincta radiis corona, suggestus in curia,
fastigium in domo, mensis in caelo, ad hoc pater
ipse patriae perpetuusque dictator, novissime, dubium
15 an ipso volente, oblata pro rostris ab Antonio con-
sule regni insignia. quae omnia velut infulae in de- 92
stinatam morti victimam congerebantur. quippe cle-
mentiam principis vicit invidia, gravisque erat liberis
ipsa beneficiorum potentia. nec diutius lata dominatio 93
20 est, sed Brutus et Cassius aliique patres consensere
in caedem principis. quanta vis fati! manauerat late 94
coniuratio, libellus etiam Caesari datus eodem die,
nec perlitare centum victimis potuerat. venit in cu-
riam tamen expeditionem Parthicam meditans. ibi in 95
25 curuli sedentem eum senatus invasit, tribusque et
viginti volneribus ad terram datus est. sic ille, qui
terrarum orbem civili sanguine impleverat, tandem
ipse sanguine suo curiam impleuit.

XIIII. RES SVB CAESARE AVGVSTO.

30 Populus Romanus Caesare et Pompeio trucidatis IIII, 3
redisse in statum pristinum libertatis videbatur. et
redierat, nisi aut Pompeius liberos aut Caesar here- 2
dem reliquisset, vel, quod utroque perniciosius fuit,
si non collega quondam, mox aemulus Caesareanae
35 potentiae, fax et turbo sequentis saeculi superfuisset
Antonius. quippe dum Sextus paterna repetit, trepi- 3
datum toto mari; dum Octavius mortem patris ulci-

4 scitur, iterum fuit movenda Thessalia; dum Antonius vario ingenio aut successorem Caesaris indignatur Octavium aut amore Cleopatrae desciscit in reginam *** aliter salvus esse non potuit, nisi confugisset ad 5 servitutem. gratulandum tamen ut in tanta pertur- 5 batione est, quod potissimum ad Octavium Caesarem Augustum summa rerum rediit, qui sapientia sua adque sollertia perculsum undique ac perturbatum ordi- 6 navit imperii corpus, quod haut dubie numquam coire et consentire potuisset, nisi unius praesidis nutu 10 7 quasi anima et mente regeretur. Marco Antonio Publio Dolabella consulibus imperium Romanum iam ad Caesarem transferente fortuna varius et multiplex motus civitatis fuit. quodque in annua caeli conversione 8 fieri solet, ut mota sidera tonent ac suos flexus tem- 15 pestate significent, sic tum Romanae dominationis, id est humani generis conversione penitus intremuit omnique genere discriminum, civilibus, externis, servilibus, terrestribus ac navalibus bellis omne imperii corpus agitatum est. 20

XV. BELLVM MVTINENSE.

IIII, 4 Prima civilium motuum causa testamentum Caesaris fuit, cuius secundus heres Antonius, praelatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem 2 acerrimi iuvenis susceperat bellum. quippe cum intra 25 octavum decimum annum tenerum [et obnoxium] et opportunum iniuriae iuvenem videret, ipse plenae ex commilitio Caesaris dignitatis lacerare furtis hereditatem, ipsum insectari probris, cunctis artibus coopta- 3 tionem Iuliae gentis inhibere, denique ad opprimen- 30 dum iuvenem palam arma moliri. et iam parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis 4 Decimum Brutum obsidebat. at Octavius Caesar, et aetate et iniuria favorabilis et nominis maiestate quod sibi induerat, revocatis ad arma veteranis, privatus 35 — quis crederet? — consulem adgreditur, obsidione 5 Mutinae liberat Brutum, Antonium exuit castris. tunc

quidem etiam manu pulcher apparuit. nam cruentus et saucius aquilam a moriente signifero traditam suis umeris in castra referebat.

XVI. BELLVM PERVSINVM.

5 Alterum bellum concitavit agrorum divisio, quod IIII, 5
Caesar veteranis patris pretium militiae solverat. sem- 2
per alias Antonii pessimum ingenium Fulvia tum gladio cincta virilis militiae uxor agitabat. ergo depulsos agris colonos incitando iterum arma cierat.
10 hic vero iam non privatis, sed totius senatus suffra- 3
giis iudicatum hostem Caesar adgressus intra Perusiae muros redegit conpulitque ad extrema deditionis turpi et nihil non experta fame.

TRIVMVIRATVS.

15 Cum solus etiam gravis paci, gravis rei publicae IIII, 6
esset Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit. *** cui contra duos consules, duos exercitus necesse fuit venire in cruentissimi foederis societatem. diversa omnium vota, ut ingenia. Lepidum divitiarum cupido, 2
20 quarum spes erat ex perturbatione rei publicae, Antonium ultionem de his *sumendi* qui se hostem iudicassent, Caesarem inultus pater et manibus eius graves Cassius et Brutus agitabant. in hoc velut foedus 3
pax inter tres duces conponitur. apud Confluentes
25 inter Perusiam et Bononiam iungunt manus; exercitus consalutant. nullo bono more triumviratus invaditur, oppressaque armis re publica redit Sullana proscriptio, cuius atrocitas nihil insignius habet quam numerum centum et quadraginta senatorum. exitus 4
30 foedi, truces, miserabiles toto terrarum orbe fugientium. quis pro indignitate ingemescat, cum Antonius Lucium Caesarem avunculum suum, Lepidus Lucium Paulum fratrem suum proscripserint? nam Romae 5
capita caesorum proponere in rostris iam usitatum
35 erat; verum sic quoque civitas lacrimas tenere non potuit, cum recisum Ciceronis caput in illis suis ro-

stris videret nec aliter ad videndum eum, quam so-
6 lebat ad audiendum, concurreretur. haec scelera in
Antonii Lepidique tabulis; Caesar percussoribus patris
contentus fuit, ideo ne, si inulta fuisset, etiam iusta
eius caedes haberetur. 5

XVII. BELLVM CASSI ET BRVTI.

IIII, 7 Brutus et Cassius sic Caesarem quasi Tarquinium
regem depulisse regno videbantur, set libertatem,
quam maxime restitutam voluerunt, illo ipso parri-
2 cidio perdiderunt. igitur caede perfecta cum vetera- 10
nos Caesaris, nec inmerito, timerent, statim e curia
in Capitolium confugerant. nec illis ad ultionem de-
3 erat animus, sed ducem nondum habebant. igitur cum
appareret, quae strages rei publicae inmineret, dis-
plicuit ultio, cum caedes inprobaretur. igitur Cice- 15
4 ronis consiliis abolitione decreta, ne tamen publici
doloris oculos ferirent, in provincias ab illo ipso
quem occiderant Caesare datas, Syriam et Macedo-
niam concesserant. sic vindicta Caesaris dilata potius
quam oppressa est. 20

5 Igitur iam ordinata magis ut poterat quam ut
debebat inter triumviros re publica, relicto ad urbis
praesidium Lepido, Caesar cum Antonio in Cassium
6 Brutumque succingitur. illi comparatis ingentibus co-
piis eandem illam, quae fatalis Gneo Pompeio fuit, 25
harenam insederant. sed nec tum omina inminentis
7 cladis latuerunt. nam et signis insedit examen et ad-
suetae cadaverum pabulo volucres quasi iam sua cir-
cumvolabant, et in aciem prodeuntibus obvius Ae-
8 thiops nimis aperte ferale signum fuit. ipsique Bruto 30
per noctem, cum inlato lumine ex more aliqua secum
agitaret, atra quaedam imago se obtulit et, quae
esset interrogata, 'tuus' inquit 'malus genius,' ac
9 sub oculis mirantis evanuit. pari in meliora praesagio
in Caesaris castris omnia aves victimaeque promise- 35
rant. sed nihil illo praestantius, quod Caesaris me-
dicus somnio admonitus est, ut Caesar castris exce-

deret, quibus capi inminebat, ut factum est. acie 10
namque commissa cum pari ardore aliquandiu dimi-
catum foret, quamvis duces inde praesentes adessent,
hinc alterum corporis aegritudo, illum metus et igna-
5 via subduxissent, stabat tamen pro partibus invicta
fortuna et ultoris et qui vindicabatur, ut exitus
proelii docuit. primum adeo anceps fuit, ut — par utrim-
que discrimen — capta sint hinc Caesaris castra inde 11
Cassi. en quanto efficacior est fortuna, quam virtus!
10 et quam verum est, quod moriens Brutus efflauit,
non in re, sed in verbo tantum esse virtutem: victo-
riam illi proelio errore dedit. Cassius inclinato cornu 12
suorum cum captis Caesaris castris rapido impetu
recipientes se equites videret, fugere arbitratus eva-
15 dit in tumulum. inde pulvere et strepitu, etiam nocte 13
vicina eximentibus gestae rei sensum, cum speculator
quoque in id missus tardius nuntiaret, transactum
de partibus ratus uni ex proximis auferendum prae-
buit caput. Brutus cum in Cassio etiam suum animum 14
20 perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret, (ita
enim, non superesse bello, convenerat) ipse quoque
uni comitum suorum confodiendum praebuit latus.
quis sapientissimos ac fortissimos viros non miretur 15
ad ultimum non suis manibus usos? nisi hoc quoque
25 ex persuasione sectae fuit, ne violarent manus, sed
in amolitione fortissimarum piissimarumque animarum
iudicio suo, scelere alieno uterentur.

XVIII. BELLVM CVM SEXTO POMPEIO.

Sublatis percussoribus Caesaris supererat Pom- IIII, 8
30 pei domus. alter iuvenum in Hispania occiderat, alter
fuga evaserat contractisque infelicis belli reliquiis,
cum insuper ergastula armasset, Siciliam Sardiniam-
que habebat; iam et classe medium mare insederat.
o quam diversus a patre! ille Cilicas extincxerat, hic 2
35 se piratica tuebatur. Puteolos, Formias, Vulturnum,
totam denique Campaniam, Pontias et Aenariam, ipsa
Tiberini fluminis ora populatus est. subinde congres-

sus Caesaris naves et incendit et demersit; nec ipse
tantum, sed Menas et Menecrates, foeda servitia, quos
classi praefecerat, praedabundi per litora cuncta vo-
3 litabant. ob haec tot prospera centum bubus auratis
Peloro litavit spirantemque equum cum auro in fre- 5
tum misit, dona Neptuno [hoc putabant], ut se maris
rector in suo mari regnare pateretur. eo denique discri-
minum ventum est, ut foedus et pax cum hoste —
4 si modo hostis Pompei filius — tamen feriretur. quan-
tum id, sed breve gaudium fuit, cum in Baiani lito- 10
ris mole de reditu eius et bonorum restitutione con-
venit, cumque invitante ipso in navem discubitum est,
et ille sortem suam increpitans 'hae sunt' inquit 'ca-
rinae meae'; haut incomiter, quod, cum in celeber-
rima parte urbis Carinis pater eius habitasset, ipsius 15
5 domus et penates in navi penderent. sed † inportu-
nitate Antonii et Pompeianorum bonorum, quorum
sector ille fuerat, praeda devorata possessio manere
non poterat: detrectare coepit foederis pactum. itaque
itum ad arma rursus, et iam totis imperii viribus 20
classis in iuvenem conparata est, cuius molitio ipsa
6 magnifica. quippe interciso Herculanae viae limite re-
fossisque litoribus Lucrinus lacus mutatus in portum
eique interrupto medio additus est Avernus, ut in
illa aquarum quiete classis exercita imaginem belli 25
7 navalis agitaret. tanta mole belli petitus in Siculo freto
iuvenis oppressus est, magnique famam ducis ad in-
feros secum tulisset, si nihil temptasset ulterius; nisi
8 quod magnae indolis signum est sperare semper. per-
ditis enim rebus profugit Asiamque velis petit, ven- 30
turus ibi in manus hostium et catenas et, quod mi-
serrimum est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub
9 percussore moriturus. non alia post Xerxen misera-
bilior fuga. quippe modo trecentarum quinquaginta
navium dominus cum sex septemve fugiebat extincto 35
praetoriae navis lumine, anulis in mare abiectis, pa-
vens atque respectans, et tamen non timens nisi ne
periret.

XVIIII. BELLVM PARTHICVM SVB VENTIDIO.

Quamvis in Cassio et Bruto partes sustulisset, IIII, 9
in Pompeio totum partium nomen abolevisset, non-
dum tamen ad pacis stabilitatem profecerat Caesar,
5 cum scopulus et nodus et mora publicae securitatis
superesset Antonius. nec ille defuit vitiis quin periret, 2
immo omnia expertus ambitu et luxuria primum hos-
tes, deinde cives, tandem etiam saeculum terrore li-
beravit.

10 Parthi clade Crassiana altius animos erexerant 3
civilesque populi Romani discordias laeti acceperant.
regi itaque ut prima adfulsit occasio, non dubitave-
runt erumpere, ultro quidem invitante Labieno, qui 4
missus a Cassio Brutoque — qui furor scelerum! —
15 sollicitaverat hostes in auxilium. et illi Pacoro duce,
regio iuvene, dispulerant Antoniana praesidia; Saxa
legatus ne veniret in potestatem gladio inpetravit. de- 5
nique ablata Syria emanabat latius malum, hostibus
sub auxilii specie sibi vincentibus, nisi Ventidius, et
20 hic legatus Antonii, incredibili felicitate et Labieni
copias ipsumque Pacorum et omnem Parthicum equi-
tatum toto inter Oronten et Euphraten sinu late ce-
cidisset. viginti amplius milium fuit. nec sine consilio 6
ducis, qui simulato metu adeo passus est hostem castris
25 succedere, donec absumpto iactus spatio adimeret usum
sagittarum. rex fortissime dimicans cecidit. mox cir- 7
cumlato eius per urbes, quae desciverant, capite Sy-
ria sine bello recepta. sic Crassianam cladem Pacori
caede pensavimus.

30 XX. BELLVM PARTHICVM SVB ANTONIO.

Expertis invicem Parthis atque Romanis, cum IIII, 10
Crassus et Pacorus utrimque virium mutuarum docu-
menta fuissent, pari rursus reverentia integrata ami-
citia, et quidem ab ipso foedus Antonio cum rege
35 percussum. sed — inmensa vanitas hominis — dum 2
titulorum cupidine Araxen et Euphraten sub imagi-

nibus suis legi concupiscit, neque causa neque consilio ac ne imaginaria quidem belli indictione, quasi hoc quoque ex arte ducis esset obrepere, relicta re-
3 pente Syria in Parthos impetum facit. gens praeter armorum fiduciam callida simulat trepidationem et in campos fugam. et hic statim quasi victor sequebatur, cum subito nec magna hostium manus ex inproviso et iam in fessos via sub vespere velut nimbus erupit. missis undique sagittis duas legiones operuerunt.
4 nihil acciderat in comparationem cladis, quae in posterum diem inminebat, nisi intervenisset deum miseratio. unus ex clade Crassiana Parthico habitu castris adequitat et salute Latine data, cum fidem ipso
5 sermone fecisset, quid inmineret edocuit: iam adfuturum cum omnibus copiis regem; irent retro peterentque montis: sic quoque hostem fortasse non defore. atque ita secuta est minor vis hostium quam inmine-
6 bat; adfuit tamen. deletae reliquae copiae forent, nisi urguentibus telis in modum grandinis quidam forte quasi docti procubuissent in genua milites, et elatis supra capita scutis caesorum speciem praebuissent.
7 tunc Parthus arcus inhibuit. dein rursus cum se Romani extulissent, adeo res miraculo fuit, ut non unus ex barbaris miserit vocem 'ite et bene valete Romani! merito vos victores fama gentium loquitur, qui Parthorum tela fugistis.' non minor ex via postea quam
8 ab hostibus accepta clades. infesta primum siti regio, tum quibusdam salmacidae infestiores, novissime quae
9 iam ab invalidis et avide hauriebantur noxae etiam dulces fuere. mox et ardores per Armeniam et nives per Cappadociam et utriusque caeli subita mutatio
10 pro pestilentia fuit. sic vix tertia parte de sedecim legionibus reliqua, cum argentum eius passim dolabris concideretur, et subinde inter moras mortem ab gladiatore suo flagitasset egregius imperator, tandem perfugit in Syriam, ubi incredibili quadam mentis vaecordia ferocior aliquanto factus est, quasi vicisset, quia evaserat.

XXI. BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA.

Furor Antonii quatenus per ambitum non IIII, 11
poterat interire, luxu et libidine extinctus est. quippe
cum post Parthos exosus arma in otio ageret, captus
5 amore Cleopatrae quasi bene gestis rebus in regio se
sinu reficiebat. hinc mulier Aegyptia ab ebrio impe- 2
ratore pretium libidinum Romanum imperium petit;
et promisit Antonius, quasi facilior esset Partho Ro-
manus. igitur coepit non sibi dominationem parare 3
10 nec tacite, sed patriae, nominis, togae, fascium obli-
tus totus in monstrum illud ut mente, ita animo quo-
que cultuque desciverat. aureum in manu baculum,
in latere acinaces, purpurea vestis ingentibus obstri-
cta gemmis: diadema deerat, ut regina rex et ipse
15 frueretur. ad primam novorum motuum famam Cae- 4
sar a Brundisio traiecerat, ut venienti bello occurre-
ret, positisque castris in Epiro omne litus Actiacum,
Leucadiam insulam montemque Leucaten et Ambracii
sinus cornua infesta classe succinxerat. nobis quadrin- 5
20 gentae amplius naves, ducentae minus hostium; sed
numerum magnitudo pensabat. quippe a senis in no-
venos remorum ordines, ad hoc turribus atque tabu-
latis adlevatae castellorum vel urbium specie non
sine gemitu maris et labore ventorum ferebantur; quae
25 quidem ipsa moles exitio fuit. Caesaris naves a binis 6
remigum in senos nec amplius ordines creverant; ita-
que habiles in omnia quae usus posceret, ad impetus
et recursus flexusque capiendos, illas graves et ad
omnia praepeditas singulas plures adortae missilibus,
30 simul rostris, ad hoc ignibus iactis ad arbitrium dis-
sipavere. nec ulla re magis hostilium copiarum ap- 7
paruit magnitudo quam post victoriam. quippe inmen-
sae classis naufragium bello factum toto mari fluita-
bat; Arabumque et Sabaeorum et mille Asiae gentium
35 spolia purpura auroque inlita adsidue mota ventis
maria revomebant. prima dux fugae regina cum au- 8
rea puppe veloque purpureo in altum dedit. mox se-

9 cutus Antonius, sed instare vestigiis Caesar. itaque nec praeparata in Oceanum fuga nec munita praesidiis utraque Aegypti cornua, Paraetonium atque Pelusium, profuere: prope manu tenebantur. prior ferrum occupavit Antonius, regina ad pedes Caesaris provoluta temptavit oculos ducis. frustra quidem; nam 10 pulchritudo infra pudicitiam principis fuit. nec illa de vita, quae offerebatur, sed de parte regni laborabat. quod ubi desperavit a principe servarique se triumpho vidit, incautiorem nancta custodiam in mau- 11 soleum se (sepulchra regum sic vocant) recepit. ibi maximos, ut solebat, induta cultus in referto odoribus solio iuxta suum se conlocavit Antonium, admotisque ad venas serpentibus sic morte quasi somno soluta est.

IIII, 12 Hic finis armorum civilium: reliqua adversus exteras gentes, quae districto circa mala sua imperio 2 diversis orbis oris emicabant. nova quippe pax, necdum adsuetae frenis servitutis tumidae gentium infla- 3 taeque cervices ab inposito nuper iugo resiliebant. ad septentrionem conversa ferme plaga ferocius agebat, Norici, Illyrii, Pannonii, Delmatae, Moesi, Thraces et Daci, Sarmatae atque Germani.

XXII. BELLVM NORICVM.

4 Noricis animos Alpes dabant, quasi in rupes et nives bellum non posset ascendere; sed omnes illius cardinis populos, Breunos, Cennos atque Vindelicos, 5 per privignum suum Claudium Drusum pacavit. quae fuerit Alpinarum gentium feritas, facile est vel per mulieres ostendere, quae deficientibus telis infantes suos adflictos humi in ora militum adversa miserunt.

XXIII. BELLVM ILLYRICVM.

6 Illyrii quoque sub Alpibus agunt imasque valles earum et quaedam quasi claustra custodiunt abruptis torrentibus inplicata. in hos expeditionem ipse sumpsit 7 fierique pontes imperavit. hic et aquis et hoste turban-

tibus, cunctanti ad ascensum militi scutum de manu
rapuit et viam primus ingressus est. tum agmine se-
cuto cum subrutus multitudine pons succidisset, sau-
cius manibus et cruribus, speciosior sanguine et ipso
5 periculo augustior terga hostium percecidit.

XXIIII. BELLVM PANNONICVM.

Pannonii duobus acribus fluviis, Dravo Savoque 8
vallantur. populati proximos intra ripas se recipiebant.
in hos domandos Vinnium misit. caesi sunt in utris-
10 que fluminibus. arma victorum non ex more belli cre- 9
mata, set capta sunt et in profluentem data, ut Cae-
saris nomen eis qui resistebant sic nuntiaretur.

XXV. BELLVM DELMATICVM.

Delmatae plerumque sub silvis agebant; unde in 10
15 latrocinia promptissimi. hos iam pridem Marcius con- 11
sul incensa urbe Delminio quasi detruncaverat, postea
Asinius Pollio gregibus, armis, agris multaverat, hic
secundus orator; sed Augustus perdomandos Vibio
mandat, qui efferum genus fodere terras coegit au- 12
20 rumque venis repurgare; quod alioquin gens omnium
cupidissima eo studio, ea diligentia anquirit, ut illud
in usus suos eruere videantur.

XXVI. BELLVM MOESICVM.

Moesi quam feri, quam truces fuerint, quam ip- 13
25 sorum etiam barbari barbarorum horribile dictu est.
unus ducum ante aciem postulato silentio 'qui vos 14
estis?' inquit. responsum invicem 'Romani gentium
domini.' et ille 'ita' inquit 'fiet, si nos viceritis.' acce- 15
pit omen Marcus Crassus. illi statim ante aciem inmo-
30 lato equo concepere votum, ut caesorum extis ducum
et litarent et vescerentur. deos audisse crediderim: 16
nec tubas sustinere potuerunt. non minimum terroris
incussit barbaris Comidius centurio satis barbarae,
efficacis tamen aput tales homines stoliditatis, qui fo-

culum gerens super cassidem, agitatum motu corporis, flammam velut ardenti capite funditabat.

XXVII. BELLVM THRACICVM.

17 Thraces *cum* antea saepe, tum maxime Rhoemetalce rege desciverant. ille barbaros et signis militaribus et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat; set a Pisone perdomiti in ipsa captivitate rabiem ostendere. quippe cum catenas morsibus temptarent, feritatem suam ipsi puniebant.

XXVIII. BELLVM DACICVM.

18 Daci montibus inhaerent. inde Cotisonis regis imperio, quotiens concretus gelu Danuvius iunxerat
19 ripas, decurrere solebant et vicina populari. visum est Caesari Augusto gentem aditu difficillimam summovere. misso igitur Lentulo ultra ulteriorem reppulit ripam; citra praesidia constituta. sic tum Dacia non victa, sed summota atque dilata est.

XXVIIII. BELLVM SARMATICVM.

20 Sarmatae patentibus campis inequitant. et hos per eundem Lentulum prohibere Danuvio satis fuit. nihil praeter nives pruinasque et silvas habent. tanta barbaria est, ut nec intellegant pacem.

XXX. BELLVM GERMANICVM.

21 Germaniam quoque utinam vincere tanti non putasset! magis turpiter amissa est quam gloriose adqui-
22 sita. set quatenus sciebat patrem suum C. Caesarem bis transvectum ponte Rhenum quaesisse bellum, in illius honorem concupierat facere provinciam; et factum erat, si barbari tam vitia nostra quam imperia ferre potuissent.

Missus in eam provinciam Drusus primos domuit
23 Vsipetes, inde Tencteros percurrit et Catthos. nam Marcomannorum spoliis et insignibus quendam editum
24 tumulum in tropaei modum excoluit. inde validissimas nationes Cheruscos Suebosque et Sicambros pariter

adgressus est, qui viginti centurionibus in crucem
actis hoc velut sacramento sumpserant bellum, adeo
certa victoriae spe, ut praedam ante pactione diviserint.
Cherusci equos, Suebi aurum et argentum, Sicambri 25
5 captivos elegerant; sed omnia retrorsum. victor nam-
que Drusus equos, pecora, torques eorum ipsosque
praedam divisit et vendidit; et praeterea in tutelam 26
provinciae praesidia atque custodias ubique disposuit
per Mosam flumen, per Albin, per Visurgin. in Rheni
10 quidem ripa quinquaginta amplius castella direxit.
Bormam et Caesoriacum pontibus iunxit classibusque
firmavit. invisum atque inaccessum in id tempus Her- 27
cynium saltum patefecit. ea denique in Germania pax
erat, ut mutati homines, alia terra, caelum ipsum mi-
15 tius molliusque solito videretur. denique non per adu- 28
lationem, sed ex meritis, defuncto ibi fortissimo iu-
vene, ipsi, quod numquam alias, senatus cognomen
ex provincia dedit.

Sed difficilius est provincias obtinere quam facere; 29
20 viribus parantur, iure retinentur. igitur breve id gau- 30
dium. quippe Germani victi magis quam domiti erant,
moresque nostros magis quam arma sub imperatore
Druso suspiciebant; postquam ille defunctus est, Vari 31
Quintilii libidinem ac superbiam haut secus quam
25 saevitiam odisse coeperunt. ausus ille agere conven-
tum, et incautius edixerat, quasi violentiam barbaro-
rum lictoris virgis et praeconis voce posset inhibere.
at illi, qui iam pridem robigine obsitos enses inertesque 32
maererent equos, ut primum togas et saeviora armis iura
30 viderunt, duce Arminio arma corripiunt; cum interim 33
tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prodita quidem
per Segestem unum principum coniuratione commove-
retur. itaque inprovidum et nihil tale metuentem ex 34
inproviso adorti, cum ille — o securitas! — ad tri-
35 bunal citaret, undique invadunt; castra rapiuntur,
tres legiones opprimuntur. Varus perdita castra eodem 35
quo Cannensem diem Paulus et fato est et animo se-
cutus. nihil illa caede per paludes perque silvas cru- 36

entius, nihil insultatione barbarorum intolerabilius,
37 praecipue tamen in causarum patronos. aliis oculos,
aliis manus amputabant, uni os obsutum, rescisa prius
lingua, quam in manu tenens barbarus 'tandem' ait
38 'vipera sibilare desisti.' ipsius quoque consulis cor- 5
pus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum.
signa et aquilas duas adhuc barbari possident, tertiam
signifer prius quam in manus hostium veniret evolsit
mersamque intra baltei sui latebras gerens in cruenta
palude sic latuit. hac clade factum est, ut imperium, 10
39 quod in litore Oceani non steterat, in ripa Rheni
fluminis staret.

XXXI. BELLVM GAETVLICVM.

40 Haec ad septentrionem: sub meridiano tumultua-
tum magis quam bellatum est. Musulamos atque Gae- 15
tulos, accolas Syrtium, Cosso duce compescuit; unde
41 illi Gaetulici nomen latius quam ipsa victoria. Marmari-
das atque Garamantes Quirino subigendos dedit. potuit
et ille redire Marmaricus, sed modestior in aestimanda
victoria fuit. 20

XXXII. BELLVM ARMENICVM.

42 Ad orientem plus negotii cum Armeniis. huc al-
terum ex Caesaribus, nepotibus suis, misit. ambo
fato breves, set alter inglorius. Massiliae quippe morbo
Lucius solvitur, in Syria Gaius ex volnere occubuit, 25
cum Armeniam ad Parthos se subtrahentem in ius
43 recepit. Armenios victo rege Tigrane in hoc unum
servitutis genus Pompeius adsueverat, ut rectores a
nobis acciperent. intermissum ergo ius per hunc re-
cuperatum non incruento, nec multo tamen certamine. 30
44 quippe Dones, quem rex Artagerae ex Parthis prae-
fecerat, simulata proditione adortus virum intentum
libello, quem ut thensaurorum rationes continentem
ipse porrexerat, stricto repente ferro subiit. et tunc
quidem Caesar recreatus est ex volnere in tempus, 35
45 set **. ceterum barbarus undique infesto exercitu op-

pressus gladio et pyra, in quam se percussum inmisit, superstiti etiam nunc Caesari satis fecit.

XXXIII. BELLVM CANTABRICVM ET ASTVRICVM.

5 Sub occasu pacata erat fere omnis Hispania, nisi 46
quam Pyrenaei desinentis scopulis inhaerentem citerior adluebat Oceanus. hic duae validissimae gentes,
Cantabri et Astures, inmunes imperii agitabant. Can- 47
tabrorum et prior et acrior et magis pertinax in re-
10 bellando animus fuit, qui non contenti libertatem
suam defendere proximis etiam imperitare temptabant
Vaccaeosque et Turmogos et Autrigonas crebris in-
cursionibus fatigabant. in hos igitur, quia vehemen- 48
tius agere nuntiabantur, non est expeditio mandata,
15 sed sumpta. ipse venit Segisamam, castra posuit, inde
tripertito exercitu totam Cantabriam amplexus efferam
gentem ritu ferarum quasi quadam cogebat indagine.
nec ab Oceano quies, cum infesta classe ipsa quoque 49
terga hostium caederentur. primum adversus Canta-
20 bros sub moenibus Bergidae proeliatum. hinc statim
fuga in eminentissimum Vindium montem, quo maria
prius Oceani quam arma Romana ascensura esse cre-
diderant. tertio Aracelium oppidum magna vi repu- 50
gnat; captum tamen postremo fuit Medulli montis
25 obsidio, quem perpetua decem et octo milium fossa
conprehensum undique simul adeunte Romano post-
quam extrema barbari vident, certatim igne ferro
venenoque, quod ibi volgo taxeo exprimitur, prae-
cepere mortem, seque pars maior a captivitate, quae
30 morte gravior ad id tempus indomitis videbatur, vin-
dicaverunt. haec per Antistium Furniumque legatos 51
et Agrippam hibernans in Tarraconis maritimis Cae-
sar accepit. mox ipse praesens hos deduxit montibus, 52
hos obsidibus astrinxit, hos sub corona iure belli
35 venundedit. digna res lauro, digna curru senatui 53
visa est; sed iam tantus erat Caesar, augeri contem-
neret ut triumpho. Astures per id tempus ingenti 54

agmine a montibus niveis descenderant. nec temere
sumptus barbaris videbatur tum impetus; sed positis
castris apud Asturam flumen trifariam diviso agmine
55 tria simul Romanorum adgredi parant castra. fuis-
setque anceps et cruentum et utinam mutua clade 5
certamen cum tam fortibus, tam subito, tam cum con-
56 silio venientibus, nisi Brigaecini prodidissent, a qui-
bus praemonitus Carisius cum exercitu advenit. pro
victoria fuit oppressisse consilia, sic tamen quoque
57 non incruento certamine. reliquias fusi exercitus va- 10
lidissima civitas Lancea excepit, ubi cum locis adeo
certatum est, ut cum in captam urbem faces posce-
58 rentur, aegre dux impetraverit veniam, ut victoriae
Romanae stans potius esset quam incensa monumen-
tum. 15

59 Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit,
idem rebellandi finis Hispaniae. certa mox fides et
aeterna pax, cum ipsorum ingenio in pacis artes
promptiore, tum consilio Caesaris, qui fiduciam mon-
tium timens in quos se recipiebant, castra sua, quia 20
60 in plano erant, habitare et incolere iussit; ibi gentis
esse concilium, illud observare caput. favebat con-
silio natura regionis; circa enim omnis aurifera est et
chrysocollae miniique et aliorum colorum ferax. ita-
que exerceri solum iussit. sic Astures nitentes 25
in profundum opes suas atque divitias, dum aliis
quaerunt, nosse coeperunt.

XXXIIII. PAX PARTHORVM ET CONSECRATIO AVGVSTI.

61 Omnibus ad occasum et meridiem pacatis genti- 30
bus, ad septentrionem quoque, dum taxat intra Rhe-
num atque Danuvium, item ad orientem intra Cyrum
et Euphraten, illi quoque reliqui, qui inmunes impe-
rii erant, sentiebant tamen magnitudinem et victorem
62 gentium populum Romanum reverebantur. nam et 35
Scythae misere legatos et Sarmatae amicitiam peten-
tes. Seres etiam habitantesque sub ipso sole Indi,

cum gemmis et margaritis elephantos quoque inter
munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem
viae inputabant — quadriennium inpleverant; et iam
ipse hominum color ab alio venire caelo fatebatur.
5 Parthi quoque, quasi victoriae paeniteret, rapta clade 63
Crassiana signa ultro rettulere. sic ubique una atque 64
continua totius generis humani aut pax fuit aut fati-
gatio, aususque tandem Caesar Augustus septingente-
simo ab urbe condita anno Ianum geminum cludere,
10 bis ante se clusum sub Numa rege et victa primum
Carthagine. hinc conversus ad pacem pronum in 65
omnia mala et in luxuriam fluens saeculum gravibus
severisque legibus multis coercuit, ob haec tot facta
ingentia dictus imperator perpetuus et pater patriae.
15 tractatum etiam in senatu, an quia condidisset impe- 66
rium Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius
visum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum, dum
colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur.

P. ANNII FLORI

VIRGILIUS ORATOR AN POETA.

8, 1 *scaturrit* || *in Achaia* W (cf. 8, § 3 et 7, § 4): *inacie* C; *Inachiae* E || 3 *Corinti* C; *Corintho* E || 13 *imaginem clippeo* C || 15 *de gramine*] cf. Cic. Verrin. IV, 56 et G. Garatonium ad Cic. p. Plancio cap. 25 || *lapis quadrata* W: *lapide quadra* C; *lapis quadratus* E || 16 *quem si* E || *tangas id est aut* || 19 *Rhoeteon* T (coll. Salm. ad Solin. p. 610): *roete* C || 20 *tumulus* H: *vultus* CE || *Scamandrus* S || *Ephesi* W: *est sidi* * C, ut videtur; *Epheso* E || 22 *ac* W (cf. ad 14, § 6): om. C || 24 *Samio* || 25 *est scyphus* W: *esciphus* C; *scyphus* E || *factus ex* W: *factus est ex* CE || 29 *Rosi* vel *Roso* C:

Rhodi E; cf. Strab. XIV. p. 676 || 30 [*caelo*] glossema ut supra quoque § 15: cf. Isid. Orig. XVI, 4: 'Denique in templo quodam fuisse Veneris fanum dicunt, ibique candelabrum et in eo lucernam sub divo sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber exstingueret.' || 31 *Bargylo* Car. Lud. Roth coll. Polyb. XVI. 12 et P. Mela 1, 16: Argyro CE || 34 *exstinguit nec pluvia aspargit* W: *aspargit nec pluvia exstinguit* CE; cf. Isid. l. l. || 35 *e columna* D: *columna* C || 37 *ballen* ** || *Magnesiae* D: *marmesiae* C ||

9, 2 *movet*] an *movetur*? cf. supra § 9 || 3 *aedis* C: *aedes* E || *est* om. E || 4 *ibi et*] an *ibi est*? || 5 *ex erocalco* || *rodi* C; *Rhodo* E || *colossicum* C. Fr. Hermannus: *colossi* CE || 6 *altum* **] lacunam vidit Halmius || 9 † *in*] *altum* T || 10 *latum* T: *lata* C || *illic*] immo Ecbatanis. || 12 *iunctis* C: *vinctis* E || 13 *lamnae* W ex Polyb. X, 24 (χρυσαὶ λεπίδες): *lancias* C; *lanceas* E || *ferreas fenestras* || 14 *tegulas* || 15 post *cocto* C addit *id est calce*, quae verba eieci. Cf. Hyg. fab. 223: 'Murus in Babylonia quem fecit Semiramis latere cocto et sulphure ferro vinctum' (immo *iunctum*) *latere* M ex Hyg. *lapide* C || 16 *ubi* D: *ut* C || 22 *magno* friget || 23 *terruntur* || 24 *Alexandria* || 26 Ad caput IX cf. Cic. de Nat. D. III. c. 16 et 21—23 cum interprett. Clem. Alexandr. in προτρεπτ. initio, Arnobium adv. gentes et Io. Lydi de mens. librum quartum. || *fuere vel isse iovis* || *vel ubi in loco deos deasque* || 30 *abide* C: *abinde* E; *ab Ida* T; an *ibidem*? || 32 *victoriam* C: *victorum* E || 35 *Enoposte*] latet forsitan *Enyo* || *noster est Mars* E || 36 *Leucarpis* C: *Leucaspis* D || *aliter* E || § 2 sic fere constituenda videtur: *primus ex Enyo poste* **; *secundus ex Iove et Iunone, ut eum Homerus dicit, est noster Mars seu Marspiter et alter Mars Enyalius*. cf. Iliad. V, 333 ||

10, 1 *Nili* Dav. ad Cic. de Nat. D. 3, 21: *Nihi* C || 3 *Zemintus*] *Zmintheus* M ad Hyg. fab. 106; *Lindus* Dav. || 4 *paeton* || 5 *Crio et Ioppe*] *Caelo* Cic.; Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας I. Lyd. 4, 54. An latet *Aethiope*? || 7 *Melites* W: *meletis* C; *Milvii* Dav. || 8 *Croniae*] immo *Coronidis* ex Cic. || 10 *Cyllenii* Dav.: *quilleni* C. cf. Serv. ad Virg. Aen. IV, 577: 'quartum (sc. Mercurium) Cyllenii filium'. An potius *qui Nili* ex Cic. et Arn.? || 11 *dixit*] exspectes *tradidit*, *advexit* vel tale quid. || 14 *in* om. || 15 *Cronii* W: *Croni* C; *Chthonii* O. Iahnius || 17 *obs* C; Cic. *Upis* vel *Opis* || *Glauce* W ex Cic: *Glauco* CE || 18 *Apollo dictus*] I. Lyd. πρῶτος Ἀπόλλωνος τοῦ Ἡφαίστου; Halmius *primus Apollinis filii Volcani filius* ex Cic. || 19 *Elati* W ex I. Lyd. 4, 90: *Lai* CE || *Aristeti*] rectius *Arsippi* ex Cic. et I. Lydo || *Alcip-*

pes P: *alcippe* C; *Alcippei* S; *Arsinoae* Cic.; *Ἀρσινόης τῆς Λευκίππου* I. Lydus, unde *Leucippes* per errorem ab Ampelio scriptum esse conicias. || 20 *Caeli*] *Coeli* P et Dav.; *hacdeli* C || 21 *Aetheris* W: *et aëris* CE || 22 *Oceani*] *δευτέραν δὲ Ἀφροῦ καὶ Εὐρυνόμης τῆς Ὠκεανοῦ* I. Lyd. || 26 *aegypti* || 27 *in bellicis* D: *in fecillis* C || 28 *Solis*] *Iovis* Dav. || *quae quadrigas* M: *quadrigas* C || 30 *quia eius* vel *cuius* Halmius: *qui eius* CE || 33 *Melone* M, id est Nilo, cuius filium esse scribit Cic.: *merone* C; cf. tamen, quae de *Mero* monte narrat Solin. 52, 16 || 35 *Cabirro* C; *Cabito* E || *Saturnio* W: *Saturno* CE || 36 *Nisi*] an *Nysi*? || *et Thyonae* M ex Cic.: *et hesionae* C || 37 *Aetheris filii filius* W ex I. Lydo: *πρῶτον Ἡρακλέα Διὸς τοῦ Αἰθέρος καὶ Λυσιθόης τῆς Ὠκεανοῦ γενέσθαι*: *et Aetheris filius* C || 38 *aegypti* ||

11, 1 *loci*] *ludi* D; *populi* Halmius || *Hellenes*] *Elei* D || 2 *Cronii* W: *Groni* C; Iovis et Asteriae Cic. et Athen. IX. pg. 392; I. Lydus *τέταρτον Διὸς καὶ Θήβης*. || *carteres* || 3 *Libani* W ex Lydo: *Ioab* CE. Ceterum *Ἰόβης* Herculis filius memoratur ab Apollodoro II. 7, 8 || 5 *Atlanta*] *atlianta* C; *athla* Halmius || *domuit* C. L. Roth coll. Paus. V. 18, 1: *docuit* CE || 8 *potitis assyrii* || 9 *Lacedaemonii* Halmius: *Lacedaemones* CE || 11 *assirorum* || 12 § 1 *Belus* .... *Europae*] CE hanc paragraphum post § 2 habent. || *per Ninum* P: *primum* C || 13 *Danaum* P: *Darium* C || 16 *Nino* || *Dercetis* M: *Circetis* C || 17 *filia columbi seducta* || 22 *Sardinapallus* || 24 *sublecto* || 27 *Arbaces* P: *Arsaces* C || 28 *transtulit* ***] quae sequuntur, *iustissime rexit*, ad Deiocem pertinere videntur: cf. Oros. 1, 19; *transtulit in Medos* P || 34 *tomis citarum* C: *Tomyre Scytharum* E; an *Tomyride Scytharum*? ||

12, 2 *aeque* E || 5 *redit* || 6 *qui apin* || 10 *transibit* || 11 *duce Miltiade* W: *ducenta milia* CE: cf. ad 47, princ. || *apud Marathona* W: *apud pseudomarathona* C || *recessit* et *decessisset* W: *decessit* et *recessisset* C || 12 *Xerses* || 14 *nec quicquam* P: *nequiquam* C || 15 *incenderet* P: *incideret* C || 21 *primi Spartae regnaverunt* P: *primis parte regna regnaverunt* C || 22 *quibus* C. Fr. Hermannus: *cui* CE || 23 *septingentos innisi* T: *septem invisi* C; *septingentos usi* C. Fr. Hermannus: cf. Liv. 38, 34; Cic. p. Flacco 26, 63 || 26 *centeni et* E. Lud. a Leutsch: *centeni id est* CE. Fallitur Ampelius, si quidem non trecentos in universum, sed trecenos utrimque pugnasse traditum est; cf. Herod. I, 82 || 27 *tropaeum* W: *et rofeum* C; *et trophaeum* S || 27 *Tyrtaeus* P: *tercius* C || 28 *extraculo* || 29 *poemate suo ita* P: *poenateas nota* C; *poematis suis ita* Halmius || 31 *dux qui*

persico || 33 *sua suorum* || *sustinuit* W: *obtinuit* C; *continuit* vel *retinuit* T || 36 *a rege*] an *ad regem*? || *suspectus* W: *susceptus idem mardonius* C ||

13, 2 *Aegos potamos* P: *egeos primus* C || 5 *primo* D: *primum* C || 9 *aput Coroneam* D: *aput crotonem* C || 11 *delere* P: *delegare* C || 16 *insanguinibus* || 17 *erictonius* || *Eleusinae*] *Eleusina* T; an *Eleusine*? || 18 *Celeu* || *hospite* C (i. e. ξενοδόκος?): *hierophante* Halmius; an *auspice*? || *Eumolpo* D: *cumolco* C || *sacerdotem* C: *sacerdote tribus* O. Iahnius || 19 *trieptolem ob frugum* || 22 *regibus*] immo *regi* || 24 *Demophon Thesei filius* T || 26 *patriciae* || 30 *aristogypton* C; *Aristogeiton* E || 34 *Dari* || 35 *Tisapherne*] cf. Pomp. Trog. prol. 2: is aliis est *Artaphernes*. || *marittonio* || 37 *ob ipsum exilium* ||

14, 1 *bello et xersis* || *pedestres* et mox *navales* E || 3 *flumen* E || 5 *lacedemoniorum* || 7 *redit* || 10 *saevientes* E || 13 *nicdum* || *Athenis*] malim *Atheniensibus;* cf. tamen infra § 18 || 18 *focon* || *uir* deleverim || 23 *Calabrias* || 25 *Chion* D: *thion* C || 26 *adiectis* || 27 *qui* addidit Halmius || 29 *facie*] *arce* P || 33 *bello apparatui* || 36 *cum militibus XL milium* || *in*] *cum in* Halmius ||

15, 1 *flumen* E || 2 *trecenta* F: *triginta* C || 4 *potestate sua* || 6 *Sardes*, *Bactra* W: *Sarbactran* C; *Ecbatana* vel *Zariaspan* D coni. || 7 *est* addidit Halmius || *dubium vinolentia* E || 8 *peregrasset* || 10 *Macedoniam septimo* || 11 *invectus* Halmius: *invictus* CE || 13 *flamminio* || *Macedonia* uncis inclusi. || *thessali aput* || 14 *uti* || 15 *Philippi* D: *Philippus Philippi* CE || 16 *Macedoniis* ** *et*] lacunam indicavi: *Macedoniis esset* E || *impetum in Graeciam* E || 18 *Marcio* F: *Marco* C || *Ascuridem* D: *sgiriam* C || 20 *Samothraciam* T: *samothracam* C || 25 *se esse* O. Iahnius: *se* CE || 29 *pallidatus* || 30 *Caecilio* P: *caeci filio* C || 32 *est et* W: *et* CE; aut cum Halmio scrib. *deportatus est.* ||

16, 11 *idem Serranus* E || 22 *legatis Samnitium aurum* D ex Aur. Vict. de V. Ill. c. 33: om. C || 23 *esse* (i. e. edere) supplevit Halmius ex eodem. || 25 *amovit*] *movit* Halmius || 26 *pondus* || 30 *prior:* ne conicias *maior;* cf. Flor. 2, 17. 11 || 31 *minor*, *Numantinus* W: *monumantinus* C; *Numantinus* E || 32 *diruendo et in* || 33 *Claudius* W: *Quintus* CE || 34 *annibalem* || 35 *annibalem excepit* || 36 *cum Annibali* E ||

17, 1 *parem eis populum Romanum futurum* F: *paria eis pfacturum* C; *paria eis praestaturum* E || 3 *vixisset* || 9 *iussisset* || 16 *cinporis* || 17 *a gallia* || 19 *per potius* || 21 *brevissime imperium*

prope || 27 *totos* || 28 *dominantes* E || *quadragimum* || 32 *necavit* || 36 *dictatur* ||

18, 3 *Menenius* D: *manus* C || 4 *caesar* || 8 *haberet noluit passus tribunis* C: cf. Aur. Vict. de V. Ill. c. 57: 'Scipionem Asiaticum quamvis inimicum duci in carcerem non est passus.' || 9 *quo diceret* || 13 *Callaecius* CE || *C. Gracchum* H: *gracchum* C || *agratis legibus iptatum* || 19 *populi Romani* D: *pro* C; *pro eo* E || 24 *est et* W: *est* C || 25 *nocenteis* E || 27 *disertissimus. Cato* Halmius: *disertissimus Cato. Cato* CE || 29 *superstites esse* || *rei servientis* || 31 *Cimbrico* D: *ciprico* C || *qui quia* W: *quia* C || 32 *consules* ||

19, 5 *pro populi Romani* D: *pro* C || 7 *Horatii trigemini* D: *Oratius trigeminus* C || 8 *de* D: *qui de* C || 11 *quia* || *manum* W: *manus* C; cf. Liv. per. 2: 'impositam altaribus manum' || 12 *tiberii* || *natans* W: *navitans* CE || 13 *ponos* || 14 *morte sua* D: *mortuo* C || *exercitum populi Romani* D: *exercitu populum Romanum* C || 16 *duodecim* || 18 *Fabius* P: *Fulvius* C || 27 *Caecilius* W: *gaius* C; cf. Liv. per. 19 || 28 *pontifex, qui ex* W: *pontifex* CE || *ardentem* || 29 *occulte* || 31 *Cossus* D: *Cossius* C || 32 *lerthe tolumne veniensium* C ||

20, 3 *mallius* || 6 *cum*] *qui cum* Halmius; cf. tamen 18, § 8 || 7 *sub* Halmius: *ab* CE || 9 *sub*] *qui sub* Halmius || 11 Aut lemma corruptum est, aut exciderunt multa: *Qui quod pro Romanis gentes superaverunt ex eo cognominati sunt* P || 15 *Calatius* || 19 *magnus*] an *maior*? || 23 *Scipio* **] lacunam vidit Halmius; fort. *Scipio Metellus* || 25 *Secessiones plebis* om. C || 28 *sacrum* D: om. C || 33 *ut* corr. S in C: *ne* C: *ut ne* E errore operarum ||

21, 1 *seditio* || 7 *scipionem ita* || 8 *C. Gracchi* W: *gracchi* C; cf. 19, § 4 || 10 *Callaecio* CE || 11 *advento* || 17 *senatum hic* P: *senatus* C || *adsereret* P: *adsideret* C || 20 *tum* corruptum videtur || 21 *est* addidit Halmius. || 25 *vulcorum* || 27 *confossus* D: *confusus* C || *cum* om. E || 28 *affectare regnum* W: *cum* CE; cf. infra § 4 et 19, § 5. Aur. Vict. de V. Ill. c. 17: 'Quinctius Cincinnatus .... dictator dictus Spurium Maelium regnum affectantem a Servilio Ahala magistro equitum occidi iussit.' || 31 *factionem et* P: *factione* C: mox post *pararet* lacunam indicavi. || 32 *complures debitores* scripsi emendatione incerta ex Floro 1, 26, 8: 'quia plerosque debitorum liberaverat.' *conturbatores* CE || 34 *incendium* W: *in incendium* CE || 35 *in erarii* ||

22, 2 *in Apulia*] immo *in Etruria* || 3 *Populus .... causis*] *Qui reges vel duces cum Romanis bella gesserunt* E || 4 *conseruit* W:

censer̄ C || 7 *prius*] *primis* D || 8 *Albanis* ***] lacunam indicavi. || 9 § 2. 3. 4 *Pontius* .... *superavit* ad cap. 39 pertinent. || 13 *ab urbe lapidem* H: *ad urbem* C; cf. Flor. 1, 18, 24 et Aur. Vict. de V. Ill. c. 35 || 16 *eripuit sed* || 20 *XXV* D: *quindecim* C; cf. Corn. Nep. 23, 3, 2 || 22 *venit et* W: *venisset* C; *venit* E || *ad Liternum* W: *liternium* C; *ad Ticinum* E: cf. 46, § 5 et Liv. per. 39 || 26 Cap. 29 in C iterum recurrit post cap. 39: lectiones, quas nostro loco exhibet, litteris Ca, lectiones posterioris loci Cb notavi. || 27 *habuit* Cb: *habuerit* CaE || 30 *tribunisque* Ca: *praetoribus*, *tribunis plebis* Cb || 32 *omnibus* om. Cb || 33 *publice* om. Cb || 34 *et de libidine* Cb ||

23, 3 *dictat pura* Ca || 7 *horum cambysen* || 8 *fratre* || 9 *in somnis videns* W: om. C; *per somnium videns* E || 10 *ipse* P: *ipse et* C || 11 *perfractis*] vix sanum est: *infectis* D; equidem conieceram *viribus perfractis;* cf. 13, § 2 || 12 *Memphin* addidit T || 13 *ratus est illos* || 15 *Patizithae* D: *Patibiatae* C || 16 *formae suae* W: *formae sub* C; *formae* E || 17 *professus est regnum* || *ubi si nuntiatum* || 21 *quam apin vulnerat* || 23 *Otanes* D: *Potanes* C et sic infra || 24 *Phaedymam* D: *pedimam* C || *smerden* || 26 *comitis* || 30 *Hydarnes*, *Aspathines*, *Intaphernes*, *Megabyzus*, *Gobries* D ex Herod. 3, 70: *Hydanes*, *Aspatines*, *Saphernes*, *Megabyzus*, *Gobies* CE || 33 *illis*] *se is* Halmius || 34 *Oebares* D: *hiberes* C || 35 *ille alio loco abscondet* C: *illic alia equa ab suo initur* E || 37 *Artabazes* Halmius ex Floro 3, 5, 1: *Artabanes* CE ||

24, 5 *ab Aridaeo fratre* P: *abarrida frater* C || 7 *Antiochiam* W: *abarridam* C; cf. Appiani Syr. c. 56 || 11 *et* W: om. C || 17 *qui* post *est* delendum videtur. || [*tertio* ... *Aemiliano*] capiti 28 restituenda esse arbitror, modo addas *Carthaginienses*. || 19 *Bellus*] immo *Brennus* || Quae de *Polycrate*, *Epaminonda*, *Periandro* et *Timoleonte* narrantur, ad aliud caput pertinere manifestum est: quare uncis inclusi. || 23 *Epaminondas* P: *Epaminon* C || 25 *Periandus* || 26 *omnia* .... *subiugavit*] ad quem referenda sint nescio. || 28 *siriae* || 33 *Cardianus* F ad Curt. 10, 10 et Stavernus ad Nep. 18, 1: *Carduenus* C || *Philippi* **] supplendum videtur *scriba et postea* vel tale quid ex Corn. Nepote 18, 1, quem Ampelius ante oculos habuit: *Philippi et* T ||

25, 1 *qui iam* W: *iam* C || 4 *idem* W: *nam* C; *tandem* P. Sed fallitur Ampelius: alius enim est Attalus atque ille, de quo supra memoratum est. || 8 *Pharsalia* T: *parsalica* C || *milite*] *mabrae* C || 10 *nominis victus* W: *nominis sui victus* C || 17 *dimisit*] *instituit* vel *fecit* Halmius: an *scripsit*? || 21 *Ptolemeus Vergentes* || 22 *Oxy-*

dracas obiecto T: *opsidacras obiectos* C; cf. Freinsh. ad Curt. 4, 9, 26 || *retexit:* cf. tamen 46, § 3 || *Ptolemaeus*, *eius filius*, *Philadelphus* D: *ptolemaeus filius Philadelphi* C || 24 seqq.] haec corrupta esse apparet: nolui tamen coniecturis indulgere, quia in quantum Ampelius ipse erraverit dubium est. || 30 *a Pothino* P: *pontino* C; *Pompeiano* F || 34 *primo* addidit Halmius ||

26, 1 *Barcas* P; *Boccor* C || 4 *Annibal frater Annibale* || 9 *Syphax*] malim *Syphax rex* || 13 *regno* E: *regnavit* C, ut videtur || 14 *scriptus*] puto in mutilo cap. 39 || 26 *fixit*] an *fecit*? || *Mettus Fuffetius* W: *Mettius Suffetius* CE || 27 *ad Fidenatis descivit* W emendatione incerta: *ad fidenatis destitutis* C; *a Fidenatibus destitutus* E || 29 *in diversa* P: *in adversa* C || 31 *Tarquinios* ***] lacunam significavi || 32 *Tiridates* .... *est* fortasse cap. 31 subiungenda sunt. ||

27, 4 *susceptam* Halmius: *subscuptam* C; *sibi ereptam* F, quod commendant 42, § 1 et Aur. Vict. de V. Ill. 67; *subscriptam* E || 5 *transferri* F: *transferre* C || *noluisset*] *voluisset* P; *a Sulla in Marium transferre voluisset* T || 6 *expugnatae* || 8 *consulibus* || 10 *occupandi fuit. nam* || 11 *maiorumque* || 15 *habita* W: *posita* C; cf. Flor. 4, 2, 15 || 23 *inferenteis* E || 24 *Quot genera bellorum* om. C || 25 *quattuor*] Excidit bellum *sociale:* nam *gladiatorium* vix inter genera bellorum enumerandum erat, et commiscetur cum servili etiam c. 45, § 3 || 28 *et* om. C || 29 *quod* || 30 *cives ut* W: *sicut* C; *cives sicut* D || 33 *honoris*] malim *honorum* cum Floro 3, 21, 6 ||

28, 4 *exul*] immo *ex urbe* || 6 *evasisset et interim* Halmius || 7 *urbe inter ob hac* C: *urbe essent ob hoc* E || *rediit* W: *redit* C || 8 *secum Cinnam adduxit* C: *se cum Cinna adiunxit* E || 9 *septimum* Halmius: *septies* CE || 11 *Asiam* || 15 *se dederant* || 16 *proposuit* O. Iahnius: *properersit* C; *proscripsit* E || 20 *in qua societate* C: fort. igitur scrib. *iuncta societate*, ut in Liv. per. 35 || 24 *apud Parthos* ***] Multa hic desiderari testantur et titulus huius capitis et Aur. Vict. de V. Ill. 77 et Flor. 4, 2, 13 || 25 *Musus* (*emusus* C) .... *Catulus* ad aliud quoddam caput simile capiti 23 pertinere videntur. || 29 *Flaminio* E || 33 *ruperit*] *rupit* T || 34 *tertio* ||

29, 1 *De variis cladibus populi Romani* om. C || 2 *obsedit*] immo *insedit;* cf. tamen 39, § 3 || 6 *accessit* W: *accesserit* C; *accesserat* E || 8 *Tridentinas* P: *tarentinas* C || 11 *tota Italia* W: *Italia* C; cf. 11, § 2; 18, § 17; 42, § 3 || 15 *ter dimicavit* W: *ter* om. C; ante *cum* inseruit D; cf. 44 princ. || 20 *praemium*] i. e. praeda. Flor. 2, 2, 4: 'specie quidem socios iuvandi, re autem sollicitante praeda':

noli igitur scribere *praetextum* vel *prooemium*. || 28 *cladis* || *Liternum* W: *listernum* C; *Ticinum* F: cf. ad 28, § 4 || 31 *trasimenum* || 33 *perculi* C; an *Pauli Aemilii*? || 35 *sibi cunctator* C; Aur. Vict. de Vir. Ill. 14: 'Cunctator ab obtrectatoribus dictus.' ||

30, 2 *penitus* H: *penae ictus* C || *trucidavit* D: *cruciavit* C || 8 *consummavit et* W: *consummavit* CE || [*cum Tigrane*] glossema esse puto ex loco corrupto 32, § 1 profectum: *cum Tigrane cum* C; O. Iahnius hunc locum sic constituit: *consummavit* [*una cum Tigrane*], *qui incensa* || 9 *vires* H: *urbes* C || 11 *reparassent* E || 14 *duces* W: *CCIIII* C; *cives* Kappius ad Obseq. c. 87. Librarius confudit *duces* et *ducentos* ut 13, § 3. An *CON* = *consules*? || 15 *Populus Romanus per* W: *per* CE || *Flaminium* || *vicit per Paulum consulem* ** *sub*] sic scripsi: verba *per P. c.* in CE versu sequenti post *Carthaginienses* leguntur; in lacuna latet *eosdem*. || 16 *rebellantes* H: *bellantes* C || 17 *per Scipionem Asiaticum* W: *perse in* C. Aliter hunc locum tentarunt P et T || 20 *per eundem Scipionem*] erat is *Q. Servilius Caepio*. || 21 *Callaeciam* W: *Galliam* C || 26 ** *per Pompeium*] supplevi: om. C || 28 *Asiatas* C; *Asiaticas* (item 18, § 18 *Asiaticae*) Halmius coll. c. 15, § 18. || 30 *Gallias Germanias et Brittanniam. Sub* W: *Gallias et Germanias. Brittanniam sub* CE ||

31, 6 *quia aut* Halmius: *quia hae* C, sed additum in margine prima manu: '*ha* in Ms'; *quia haec* E || *aut per tribus* idem: *et per tribus* C; an *haec per tribus*? || 7 *aut per centurias* om. C: an praestat *haec per centurias*? || 8 *sit*] *est* Halmius || 12 *De populi Romani distributionibus* om. C || 17 *Lucerensem* W: *Lucerem* C || *sequitur* E || 19 *et distribuit ratione* O. Iahnius: *et bitriatione* C; *habita ratione* C. Fr. Hermannus; *ab iteratione* E || 21 *in re publica* W: *in P. R.* C || *valeret* W: *valeret et* C || 22 *quia* W: *qui* C; *qua* E *clientes qui* Halmius || 27 *seleuci portorum* C; *Spartanorum* O. Iahnius || 33 post potestatem C habet: *Explicit Lucii Ampelii liber ad Macrinum*. ||

Sed priusquam praefandi finem faciam, maximae mihi agendae sunt gratiae Carolo Halmio, qui non solum quae ipse in Ampelio emendaverat, liberalissime, ut solet, mecum communicavit consilioque suo me adiuvit, sed ne laborem quidem codicis Monacensis iterum excutiendi recusavit. Quare si quid hac adnotatione critica profecisse videbor, id ei magna ex parte acceptum referendum erit.

Scribebam in Academia Georgia Augusta
ipsis Kal. Octobr. MDCCCLIII.

LVCIVS AMPELIVS
MACRINO SVO SALVTEM.

Volenti tibi omnia nosse scripsi hunc librum memorialem, ut noris, quid sit mundus, quid elementa,
5 quid orbis terrarum ferat, vel quid genus humanum peregerit.

I. DE MVNDO.

Mundus est universitas rerum, in quo omnia sunt 1
et extra quem nihil, qui graece dicitur κόσμος. Ele- 2
10 menta mundi quattuor: ignis, ex quo est caelum; aqua, ex qua mare Oceanum; aër, ex quo venti et tempestates; terra, quam propter formam eius orbem terrarum appellamus. Caeli regiones sunt quattuor: oriens, 3
occidens, meridies, septentrio. Caelum dividitur in 4
15 circulos quinque: arcticum et antarcticum, qui ob nimiam vim frigoris inhabitabiles sunt; aequinoctialem, cui subiacet regio quae κατακεκαυμένη dicitur neque incolitur ob nimiam vim ardoris; brumalem et solstitialem, sub quibus habitatur: sunt enim temperatis-
20 simi, per quos oblicus circulus vadit cum duodecim signis, in quibus sol annuum conficit cursum.

II. DE DVODECIM SIGNIS.

Signa sunt in caelo duodecim. Aries beneficio 1
Liberi, quod, is cum exercitum in Indiam per Li-
5 byam duceret per loca sicca et arenosa, cum aquae inopia esset et exercitus eius siti adfligeretur, aries eis aquam demonstravit, et ob id a Libero Iovis Ammon est appellatus, eique fanum magnificum fecit ad eum locum, ubi aquam invenit, quod abest ab Aegypto

et Alexandria milia passuum novem. Ob eam rem a
Iove petiit ut inter sidera reciperetur. Alii putant
2 eum esse, qui Hellen et Phrixum vexerit. Taurus be-
neficio Iovis, quem Iuppiter a Neptuno fratre per gra-
tiam abduxit, qui sensum humanum figura tauri con- 5
tinebat, isque Iovis iussu Europam Agenoris filiam
Sidoniam adludens decepit et eam Cretam deportavit.
Ob eam rem Iuppiter in sideribus eum dignatus est
3 immortali memoria. Gemini, qui *dii* Samothraces no-
minantur esse, quorum argumentum nefas est pronun- 10
tiare praeter eos, qui initiis praesunt. Alii Castorem
et Pollucem dicunt, quod ii principes mare tutum a
praedonibus praestitissent. Sunt qui dicant Herculem
4 et Theseum, quod similia athla sint adepti. Cancer,
καρκίνος, receptus beneficio Iunonis, quod eius iussu, 15
cum Hercules missus esset ad hydram Lernaeam, quam
nos excetram dicimus, interficiendam, carcinus ingres-
sus Herculis pedes et crura lanians incommodiorem
faciebat eum, quam ipsa excetra: idque malum Her-
cules difficillimum habuit, carcinumque ob id factum 20
5 Iuno sideribus est dignata. Leo, λέων, qui educatus
est Nemeae, Iunonis consilio ad Herculis interitum
missus in terram Argiam diu spelunca latitavit, quem
Hercules dicitur interfecisse cum Molorcho hospite suo,
cuius clavam ei tributam tum principio est adeptus, 25
qua leonem interfecit, eiusque pellem postea pro te-
gumento habuit. Ob id factum Iunoni odio esse coe-
6 pit, leonemque caelesti dignitate est honorata. Virgo,
quam nos Iustitiam dicimus, fuit cum hominibus. Sed
postquam homines male facere coeperunt, Iovis eam 30
inter signa posuit. Sunt qui Erigonam Icari filiam
Atheniensem dicunt, cuius patri Liber vinum de-
dit, ut hominibus ad suavitatem daret: quibus dedit,
ebriati sunt et lapidibus eum occiderunt. Canis, qui
cum illo erat, vidit dominum occisum, et cum ululatu 35
ad Erigonam rediit; quem ut maestum et singularem
vidit, sollicita proficiscitur cum eo. Venere ad locum,
ubi Icarius iacebat. Vidit corpus patris; magna la-

mentatione in Hymetto monte sepelivit, ipsa vero se suspendit laqueo. Canis ad pedes eius discumbens diutius et sine alimentis deficiens post aquam anhelans in puteum se proiecit. Tum Liber a Iove petiit, quod suo imperio defecerint, ut inter siderum cursus poneretur virgo. Icarius autem Arcturus nominatus est, cuius stella cum exoritur, continuas tempestates facit: canis Canicula. Libra, quam Graeci *ζυγόν* ap- 7
pellant, virile nomen est † adeptus: qui insigni clementia et iustitia † Mochos dictus; qui primus dicitur librae pondus hominibus invenisse, quae utilissima mortalibus existimatur, ideoque in numerum stellarum receptus est et Libra est dictus. Scorpius, qui dici- 8
tur ad perniciem Orionis in insula Chio in monte Pelinaeo voluntate Dianae natus. Orion autem, dum venatur, visa Diana stuprare eam voluit. Illa scorpionem subiecit, qui eum vita privaret. Iuppiter et scorpionem et Orionem inter sidera recepit. Sagitta- 9
rius, Croton, filius *Euphemes* nutricis Musarum, quem Musae semper dilexerunt eo, quod plausu et lusu sagittarum eas avocaret. Alii Chironem dicunt, quod iustus et pius, doctus, hospitalis fuerit. Ab eo Aesculapius medicinam, Achilles citharam et *alii* alia multa. Capricornus, cui nomen Pan. Quo tempore Typhon 10
speluncas incolens in monte Tauro Aegyptum profectus est ad bellum, Pan se in caprae figuram convertit. Igitur dii immortales, postquam Typhonem digna poena affecerunt, Pana astrorum memoria decoraverunt. Aqua- 11
rius, qui putatur esse Ganymedes, dicitur Deucalion Thessalus, qui, cum maximo cataclysmo cum uxore Pyrra solus evasisset, hic pietatis causa inter sidera locatus est. Pisces, ideo [pisces], quia bello Gigan- 12
tum Venus perturbata in piscem se transfiguravit. Nam dicitur et in Euphrate fluvio ovum piscis ** in ora fluminis columba adsedisse dies plurimos et exclusisse deam benignam et misericordem hominibus ad bonam vitam. Vtriusque memoriae causa pisces inter sidera nobilitati.

III. DE SIDERIBVS.

1 Praeter duodecim signa potentissima sidera in caelo: septentriones duo, maior et minor, qui numquam merguntur ideoque navium cursus regunt, quorum alter Cynosura dicitur. Bootes, idem Arcturus. 5
2 Orion, qui magnitudine sua dimidiam caeli obtinet partem. Pliades, quae latine Vergiliae dicuntur. Hyades, quae a nobis Suculae dicuntur, quarum ortus et occasus a nautis et ab agricolis observantur. Cani-
3 cula, cuius vis praecipue solstitio est. Stellae poten- 10 tissimae in caelo sunt septem: Saturnus, Sol, Luna, Mars, Mercurius, Iuppiter, Venus, quae a Graecis planetae, a nobis erraticae dicuntur, quia ad arbitrium suum vagantur et motu suo hominum fata moderantur: item adverso cursu contra caelum feruntur. 15

IIII. QVIBVS PARTIBVS SEDEANT DVODECIM SIGNA DVODECIM VENTORVM.

Aries in africum, Taurus in circium, Gemini in aquilonem, Cancer in septentrionem, Leo in thrasciam, Virgo in argesten, Libra in zephyron, Scorpius 20 in africum, Sagittarius in austrum et africum, Capricornus in austrum, Aquarius in eurum et notum, Pisces in eurum.

V. DE VENTIS.

1 Venti fiunt ex aëris motu et inclinatione; sunt 25 autem generales quattuor: eurus, idem apeliotes, idem volturnus ab oriente: ab occidente zephyrus, idem corus, idem favonius: aquilo, boreas, aparctias idem a septentrione: notus, idem libs et auster et africus a
2 meridie. Hi sunt quattuor generales; ceteri specia- 30 les adscribuntur, ut iapyx zephyro, qui ab Iapygio Apuliae promontorio flat; leuconotus noto, cum serenior flat; circius aquiloni, cum vehementior Gallias perflat; item etesiae, qui statis diebus flant per aestatem. 35

VI. DE ORBE TERRARVM.

Orbis terrarum, qui sub caelo est, quattuor re- 1
gionibus incolitur. Vna pars eius est, in qua nos
habitamus; altera huic contraria, quam qui incolunt
5 vocantur antichthones: quarum inferiores duae ex con-
trario harum sitae, quas qui incolunt vocantur anti-
podes. Orbis terrarum, quem nos colimus, in tres 2
partes dividitur totidemque nomina: Asia, quae est
inter Tanain et Nilum: Libya, quae est inter Nilum
10 et Gaditanum sinum: Europa, quae est inter fretum
et Tanain.

In Asia clarissimae gentes: Indi, Seres, Persae, 3
Medi, Parthi, Arabes, Bithyni, Phryges, Cappado-
ces, Cilices, Syri, Lycii. In Europa clarissimae gen- 4
15 tes: Scythae, Sarmatae, Germani, Daci, Moesi, Thra-
ces, Macedones, Dalmatae, Pannonii, Illyrici, Graeci,
Itali, Galli, Spani. In Libya gentes clarissimae: 5
Aethiopes, Mauri, Numidae, Poeni, Gaetuli, Gara-
mantes, Nasamones, Aegyptii.

20 Clarissimi montes in orbe terrarum: Caucasus in 6
Scythia, Emodus in India, Libanus in Syria, Olym-
pus in Macedonia, Hymettus in Attica, Taygetus in
Lacedaemonia, Cithaeron et Helicon in Boeotia, Par-
nasos ** et Acroceraunia in Epiro, Maenalus in Ar-
25 cadia, Apenninus in Italia, Eryx in Sicilia, Alpes 7
inter Galliam et Italiam, Pyrenaeus inter Galliam et
Spaniam, Atlas in Africa, Calpe in freto Oceani.

Clarissima flumina in orbe terrarum: Indus, Gan- 8
ges, Hydaspes in India; Araxes in Armenia; Ther-
30 modon et Phasis in Colchide; Tanais in Scythia; 9
Strymon et Hebrus in Thracia; Sperchios in Thessa-
lia; Hermus et Pactolus auriferi, Maeander et Caystrus
in Lydia; Cydnus in Cilicia; Orontes in Syria; Si-
mois et Xanthus in Phrygia; Eurotas Lacedaemone; 10
35 Alpheus in Elide; Ladon in Arcadia; Achelous et
Inachus in Epiro; Savus et Danubius, qui idem Ister
cognominatur, in Moesia; Eridanus et Tiberinus in

Italia; Timavus in Illyrico; Rhodanus in Gallia; Ibe-
11 rus et Baetis in Spania; Bagrada in Numidia; Tri-
ton in Gaetulia; Nilus in Aegypto; Tigris et Euphra-
tes in Parthia; Rhenus in Germania.

12 Clarissimae insulae in mari nostro nndecim: Si- 5
cilia, Sardinia, Crete, Cypros, Euboea, Lesbos, Rhodos,
duae Baleares, Ebusus, Corsica, Gades. In Oceano
ad orientem Taprobane, ad occidentem Brittannia, ad
septentrionem Thyle, ad meridiem insulae fortunatae.
13 Praeter has in Aegaeo mari Cyclades duodecim: De- 10
los, Gyaros, Myconos, Andros, Paros, Olearos, Te-
14 nos, Cythnos, Melos, Naxos, Donusa. Praeter has
Sporades innumerabiles; ceterum celeberrimae Aegina,
15 Salamina, Coos, Chios, Lemnos, Samothracia. In
Ionio Echinades, Strophades, Ithace, Cephalenia, 15
Zacynthos. In Hadriatico Crateae circiter mille, in
Siculo Aeoliae octo, in Gallico Stoechades tres, in
Syrtibus Cercina et Meninx et Girba.

VII. DE MARIVM AMBITV.

1 Mare quo cingimur universum vocatur Oceanum. 20
Hoc quattuor regionibus inrumpit in terras: a septen-
trione vocatur Caspium, ab oriente Persicum, a me-
ridie Arabicum, idem rubrum et erythraeum, ad
occasum magnum mare, idem Atlanticum, quod com-
2 merciis totius generis humani peragitur. Hoc intrat 25
in fretum Gaditanum inter duos montes clarissimos
Abylam et Calpen ob impositas Herculis columnas;
dein latissime simul et longissime fusum medium ter-
3 rarum orbem inundat et nomina adquirit: Balearicum,
quod Hispaniam adluit; Gallicum, quod Gallias tan- 30
git; Ligusticum, quod Liguribus infunditur; Tuscum,
Tyrrhenum, idem inferum, quod dextrum Italiae la-
tus circuit, Hadriaticum, idem superum, quod sini-
4 strum Italiae latus circuit; Siculum, in quo Sicilia;
Creticum, in quo insula est Creta; Ionium et Aegaeum, 35
quae Achaiam [id est Peloponnesum] ita ambiunt, ut
interveniente Isthmo paene insulam faciant; Myrtoum

et Icarium, quae adhaerent Aegaeo mari, illud a Myrtilo, hoc ab Icaro cognominata; Euxinum, Ponticum, quod ingenti sinu Scythis infunditur; Hellesponticum fauce transmissum inter duas celeberrimas urbes, Seston Europae, Abydon Asiae; Tanaiticum, quo Asia alluitur; Aegyptium ab Aegypto, Libycum a Libya cognominatur; Syrticum a duabus Syrtibus reciprocis aestibus retorquetur.

VIII. MIRACVLA MVNDI.

Miracula quae in terris sunt. Ab Apollonia † et 1
cathamantie milia passus quinque in monte Nymphaeo: ibi ignis est et de terra exit flamma. In silva Panis symphonia in oppidum auditur. Item sub eo monte in campo lacus aquae pleni; inde pix exit et bitumen: cum manibus subplodas, pix alte attollitur et quasi ab aqua bullescit. Ambraciae in Epiro in pariete sunt 2
picti Castor et Pollux et Helena manu autochthonis, et nemo neque invenire potest quis pinxerit. Argis 3
in Epiro quod Hippoboton appellatur: ibi pons magnus columnatus duplex, quem Medea aedificari imperasse fertur. Ibi picta sunt gubernacula Argonautarum, † quae coepta navis: ibi Iovis templum Trophonii, unde est ad inferos descensus ad tollendas sortes: in quo loco dicuntur ii qui descenderunt Iovem ipsum videre. Leucade mons, unde se Sappho deiecit pro- 4
pter virum: in summo monte fanum est Apollinis, ubi sacra fiunt; et cum homo inde desiluit, statim excipitur lintribus. Sicyone in Achaia in foro aedis Apolli- 5
nis est: in ea sunt posita Agamemnonis clipeus et machaera, Ulixis chlamys et thoracium, Teucri sagittae et arcus; Adrasti arca, quam deposuit, in qua quid sit ignoratur; sed et olla aerea in qua Pelias coctus dicitur: item Palamedis litterae: Marsyae autem † quaequae corium; remi Argonautarum cum gubernaculis. † Brachia calculus, quem Minerva sortita est de Oreste ***: una proci parasiti palla pendet, quam si quis halitu afflaverit, tota patefit: Penelopae tela. Ibi de

6 terra oleum scaturit. Argis in Achaia Iunonis tem-
7 plum magnifice ornatum, quod asylum vocant. Olym-
8 piae templum Iovis nobile, ubi athletae initiantur. Co-
rinthi balaenae costa est magna secundum mare, quam
homo complecti non potest. Eodem in loco fanum est 5
9 Veneris, in quo vas marmoreum Laidos. Boeotiae
lacus sacer, ubi Amphiaraus devoratus [in eo lacu]
est. Urceus fictilis fractus pendet testa inter se
composita; unde autem pendeat non apparet, nisi a
10 vento moveatur. Athenis Minervae aedes nobilis, cu- 10
ius ad sinistram clipeus appositus quem digito tangit:
in quo clipeo medio Daedali est imago ita collocata,
quam si quis imaginem e clipeo velit tollere, perit to-
tum opus; solvitur enim signum: ipsa autem dea ha-
11 bet hastam de gramine. Ilio lapis quadrata ubi Cas- 15
sandra fuit alligata; quam si ante tangas aut fricue-
ris, lac demittit; ex altera autem parte similiter si
frices, † ac si sanguinem remittit. Iuxta autem mare
qui locus Rhoeteon vocatur; ibi est Achillis et Pa-
12 trocli tumulus et flumen Scamandros. Ephesi Dianae 20
fanum nobilissimum, maximum pulcherrimumque orbis
terrarum. Introitu dextra ac sinistra postes marmo-
rei monolithi longi cubitis viginti, qua super templum
13 ascensu sunt † centum quadraginta milia. Samo in
templo Iunonis est scyphus factus ex hedera, cuius 25
capita foras quattuor arietina magna cornibus mirae
14 magnitudinis contortis. Pergamo ara marmorea magna,
alta pedes quadraginta cum maximis sculpturis; con-
15 tinet autem gigantomachiam. Rosi signum Dianae
marmoreum pulcherrimum quod stat sub divo [caelo], 30
16 nec cum pluit aqua tangitur. Argyro est fanum Ve-
neris super mare: ibi est lucerna super candelabrum
posita lucens ad mare sub divo [caelo], quam neque
ventus exstinguit nec pluvia aspargit: sed et Hercu-
lis aedes antiqua; ibi e columna pendet cavea ferrea 35
rotunda, in qua conclusa Sibylla dicitur. Ibi iacent
17 ossa balaenae quasi lapides quadrati. Magnesiae apud
Sipylum columnae sunt quattuor: inter has columnas

est Victoria ferrea pendens sine aliquo vinculo in aëre
ludens; sed quotiens ventus aut pluvia fuerit non mo-
vet. Aedis Dianae Epheso est quam constituit Ama- 18
zon; ibi et sepulcrum Icari stertentis quasi dormiat
5 mirae magnitudinis ex orichalco et ferro. Rhodi co- 19
lossicum signum Solis altum * * super columna mar-
morea cum quadriga; columna vero habet cubitos cen-
tum. Cypro signum Iovis Olympii aereum, facies ex 20
auro, quem fecit Phidias † in cubitis centum quin-
10 quaginta et latum cubitis sexaginta. Domus illic Cyri 21
regis aedificata lapidibus candidis et nigellis auro
iunctis, ubi sunt columnae diversis coloribus et in-
numerabiles lamnae ferreae, fenestrae ex argento et
tegulae ex lapide prasino. Murus intus medio Baby- 22
15 loniae, quem Memnon aedificavit lapide cocto et sul-
fure, ferro intermixtus, ubi sunt iuncturae. Latitudo
eius cubitis triginta, altus cubitis centum et triginta:
cingitur milia passuum triginta. Hunc coepit Semi-
ramis, filius eius perfecit. Pyramides in Aegypto, 23
20 quas aedificavit * *. Agartus oppidum: ibi est Nilus 24
fluvius aere factus, † plexilis in cubitis trecentis, cuius
facies smaragdo limpido, brachia ex ebore magno,
cuius adspectu et bestiae terrentur. Athenis signum 25
Iovis Olympii, Alexandriae flumen Nilum maxime
25 colunt.

VIIII. QVOT FVERE IOVES VEL ALII [IN LOCO] DII DEAEQVE.

Ioves fuere tres. Primus in Arcadia, Aetheris 1
filius, cui etiam Aetherius cognomen fuit: hic pri-
30 mum Solem procreavit. Secundus † abide in Arca-
dia, qui Saturnius cognominatur, qui ex Proserpina
Liberum patrem procreavit primum victoriam * *. Ter-
tius Cretae, Saturni et Opis filius, optimus maximus-
que est appellatus. Martes fuere duo: primus ex 2
35 † Enoposte, ut eum Homerus ait, et noster Mars
† Leucarpis et alter Mars † enius; secundus ex Iove et
Iunone. Soles fuere quinque: primus Iovis filius; 3

secundus Hyperionis; tertius Nili filius, cui Aegyptus est consecrata; quartus, qui Rhodi natus est, cuius etiam † Zemintus est filius; quintus, Colchi filius, ex
4 quo Circe et Medea et Phaëthon nati sunt. Volcani fuere quattuor: primus † Crio et Ioppe natus; secun- 5
dus Nili filius; tertius Saturni et Iunonis; quartus in
5 Sicilia Melites filius. Mercurii quattuor: primus Caeli et Diei filius; secundus Iovis et Croniae filius vel Proserpinae; tertius Croni filius et Maiae, qui est inventor lyrae; quartus Cyllenii filius, qui Aegyptiis 10
6 litteras et numerum dixit. Apollines quinque: primus Volcani et Minervae; secundus ex Corybante; tertius Iovis filius ex Latona; quartus Sileni filius in Arcadia; quintus Ammonis filius in Libya natus.
7 Dianae tres: prima Iovis Cronii filia ex Proserpina, 15
quae est Liberi soror; secunda Iovis et Latonae, Apollinis soror; tertia, quae vocatur Ops, de Glauce.
8 Aesculapii tres: primus Apollo † dictus Volcani filius; secundus Elati filius; tertius † Aristeti et Alcippes
9 filius. Veneres quattuor: prima Caeli et Diei filia; 20
secunda quae ex spuma nata esse dicitur Aetheris et Oceani filia; tertia quae Volcano nupsit, quae cum Marte se miscuit, unde Cupido natus esse dicitur;
10 quarta Cypri et Syriae filia, quam Adon habuit. Minervae quinque: prima Volcani filia, unde Athena- 25
rum est civitas; secunda Nili filia, quam Aegyptii colunt; tertia Iovis filia, quae in bellicis rebus se exercuit; quarta Solis filia, *quae* quadrigas iunxit; quinta Pallantis et Titanidos filia. Haec patrem occidit pro suae virginitatis observatione, quia eius cupidus fuit: 30
11 unde et Pallas dicta est. Liberi quinque: primus ex Iove et Proserpina: hic agricola et inventor vini, cuius soror Ceres. Secundus Liber ex Melone et Flora, cuius nomine fluvius est † Granicus; tertius de Cabiro, qui regnavit in Asia; quartus ex Saturnio 35
et Semela, ** dicunt; quintus Nisi et Thyonae filius.
12 Hercules sex: primus Iovis Aetheris *filii* filius; secundus Nili filius, quem principem colunt Aegyptii;

tertium conditorem † loci sui Hellenes dicunt; quartus Cronii filius et Cartheres, quem Carthaginienses colunt, unde Carthago dicta est; quintus Libani filius, qui cum rege Medorum pugnavit; sextus Iovis ex
5 Alcumena, qui † Atlanta docuit.

X. DE IMPERIIS.

Imperia ab ineunte aevi memoria fuerunt septem. Primi rerum potiti sunt Assyrii, deinde Medi, postea Persae, tum Lacedaemonii, dein Athenienses; post hos
10 inde Macedones: sic deinde Romani.

XI. REGES ASSYRIORVM.

Belus rex, Iovis filius, cuius posteri per Ninum 1
Asiae regnaverunt, per Aegyptum Libyae, per Danaum Europae. Ninus rex, qui primus exercitu prope 2
15 totam Asiam sub se redegit et clarissimam urbem nominis sui condidit Ninon. Semiramis, Dercetis 3
nymphae filia, a columbis educta, uxor Nini regis, cuius post mortem regnum Nini ampliavit armis; Indiam quoque parum prospera expeditione temptavit.
20 Haec urbem pulcherrimam omnium, quae umquam fuerunt, Babylona constituit supra flumen Euphraten. Sardanapallus, qui ob nimias delicias et luxuriam 4
perdito regno, ne in potestatem hostium veniret, cum exoletis suis venenum bibit et igni subiecto cum regia
25 sua conflagravit.

XII. REGES MEDORVM.

Arbaces, primus rex, qui eversas Assyriorum opes luxuria Sardanapalli transtulit * * * eosque iustissime rexit. Astyages, vir fortis et iustus, qui per
30 insidias victus a Cyro est, et dissolutum est Mediae regnum.

XIII. REGES PERSARVM.

Cyrus, rex fortissimus, qui maiore parte Asiae 1
subacta Europam quoque inrupisset, ni a Tomyri Scy-

2 tharum regina victus oppressusque esset. Cambyses, filius † equae Cyri; qui, cum septuaginta milia hominum subegisset in Aegypto et regem eius Amasin, Aethiopiam profectus, magna parte militum per famem omissa, inritus rediit; urbem tamen ibi condidit Meroën. Is quia Apin sacrum bovem interfici iusserat, ira deorum ex equo praeceps super gladium
3 suum ruit extinctusque est. Darius rex, unus ex septem Persis, hinnitu equi regnum adsecutus, cum CCLXX milibus Europam transivit. Victus ab Atheniensibus duce Miltiade apud Marathona recessit.
4 Xerxes, Darii filius, cum decessisset pater eius, aliquantis navibus armatis militibus in Europam transivit contabulato Hellesponto et forato Atho monte, nec quicquam aliud egit quam ut Athenas incenderet. Mari victus a Lacedaemoniis et Atheniensibus in Asiam rediit ibique suorum fraude interfectus est.

XIIII. DVCES ET REGES LACEDAEMONIORVM.

1 Eurysthenes et Procles gemini, qui genus ab
2 Heraclidis deducentes primi Spartae regnaverunt. Lycurgus legum lator, quibus Lacedaemonii principes
3 Graeciae per annos septingentos innisi fuerunt. Theopompus et Polydorus reges, qui Messenium bellum
4 viginti annis gesserunt. Othryades vir bellator, qui Messenio bello, quo centeni et quinquageni concerta-
5 verunt, tropaeum suo sanguine scripsit. Tyrtaeus, qui Messenio bello ex oraculo Apollinis dux ab Atheniensibus per ludibrium missus poemate suo ita militum animos concitavit, ut tam diuturnum proelium victoria
6 consummarent. Leonidas, dux Persico bello, qui cum trecentis Lacedaemoniis apud Thermopylas totam vim
7 Persici belli morte sua ac suorum sustinuit. Pausanias, qui Persico bello Mardonium praefectum Xerxis cum pedestribus copiis aput Asopum Boeotiae flumen debellavit; mox proditionis a rege suspectus ideoque accusatus, in asylum Minervae confugit et ibi fame

confectus est. Lysander dux, qui dominantem toto 8
mari classem Atticam aput Aegos potamos oppressit
et victis Atheniensibus triginta tyrannos inposuit.
Xanthippus, vir Lacedaemoniorum fortissimus, qui 9
5 bello Punico primo Carthagiensibus dux missus Re-
gulum cepit. Agesilaus, cuius inventum est in hostili 10
quam in sua terra pugnare ideoque in Asiam missus,
vastata ea, cum iam regi immineret, revocatus Athe-
nienses aput Coroneam vicit. Postea aput Corinthios
10 flevit, quod decem milia Graecorum occisa cognovis-
set, nec voluit Corinthum delere cum posset.

XV. CLARISSIMI REGES ET DVCES ATHENIENSIVM.

Cecrops rex, qui urbem condidit Athenas et ex 1
15 suo nomine Cecropidas appellavit cives: idem fabulose,
quia indigena fuit, ab inguinibus serpens fuisse nar-
ratur. Erichthonius rex, qui mysteria Eleusine con- 2
stituit Celeo † hospite, Eumolpo sacerdote, filiabus
virginibus ministris, Triptolemo frugum praefecto, qui
20 fame laborantem Graeciam circumlato frumento re-
stituit. Pandion rex, qui filias suas Procnen et Phi- 3
lomelam Thraciae regibus tradidit, ut barbaras sibi
gentes adfinitate sociaret. Theseus, Aegei filius, qui 4
Minotaurum interfecit. Demophontes, eius filius, qui 5
25 cum Graecis Ilium expugnavit. Codrus rex, qui pro 6
salute et victoria patriae secundum oraculum Apolli-
nis bello Peloponnesio se devovit. Pisistratus, vir 7
fortis et sapiens, qui adversus principes populari causa
tyrannidem invasit eamque iustissime administravit.
30 Harmodius et Aristogiton, homines plebei, qui Hip- 8
piam et Hipparchum Pisistrati filios saeve dominantes
facta coniuratione oppresserunt, ideoque ut conserva-
toribus divini honores eis sunt constituti. Miltiades 9
dux, qui octoginta milia militum Persarum Darii regis,
35 praefectis Date et Tisapherne, in saltu Marathonio
superavit. Aristides Dicaeos, qui hoc agnomen mori- 10
bus [est] consecutus ob id ipsum exilio multatus est.

11 Cimon dux, qui Persico bello Xerxis copias, pedestris simul atque navalis, in ipsa Asia apud Eury-
12 medonta fluvium uno die vicit. Alcibiades dux, vir genere, copia, opibus illustris, qui propter detruncatos nocte Mercurios reus factus ad Lacedaemonios 5 confugit Peloponnensi bello, et, cum fecisset eos superiores, adflictorum civium misertus rediit in patriam, et dux creatus iterum victores Athenienses
13 fecit. Thrasybulus, qui triginta magistratus Lacedaemonios tyrannidis dominatione saevientis facta con- 10 iuratione adflixit et libertatem Atheniensibus reddi-
14 dit. Conon dux, qui omnes Lacedaemoniorum copias apud Cnidum insulam cepit et imperium maris Athe-
15 nis restituit. Dion, qui octo onerariis navibus Dionysium regem Siciliae centum rostratas habentem, 15 dum in Italiam abest, regno expulit occupatis Syra-
16 cusis. Iphicrates, rei militaris peritissimus, qui arma
17 habiliore pondere et modo fecit. Phocion, qui vir bonus cognominatus est, neque ulla pecunia a Philippo potuit sollicitari ut ad eum discederet: qui ad- 20 monentibus amicis, ut liberis suis consuleret, 'si boni,' inquit, 'erunt, hic agellus eis sufficiet; si mali, nihil.'
18 Chabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit, Cypron et Naxon et omnes Asiaticas insulas Athenis adiunxit, et circa Chion navali bello occidi 25
19 maluit quam abiectis armis enatare. Demetrius Phalereus, qui vir bonus existimatus ideoque ob insignem iustitiam statuis trecentis est honoratus, quas ei pro libertate posuerunt in † facie publica.

XVI. REGES MACEDONVM. 30

1 Philippus, Amyntae filius, primus Macedonum obtinuit Thraciam redegitque in suam potestatem; et cum transire in Asiam vellet, sub ipso belli apparatu
2 in theatro a Pausania est interfectus. Alexander, Philippi et Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedo- 35 niae cum quadraginta milibus militum in Asiam transisset, Darium regem Persarum primum aput Grani-

cum fluvium, tum aput Issum Ciliciae, tertio apud Arbela, tribus proeliis trecenta peditum, † legionum equitum, duo milia falcatorum curruum vicit. Mox regem Indorum et omnes Asiae gentes sub potesta-
5 tem suam redegit et nobilissimas urbes Asiae cepit, Sardes, Bactra, Susa, Babyloniam, ubi etiam defunctus *est*, dubium a vinolentia an veneno, cum tamen prius et Africam peragrasset usque ad Iovem Ammonem et Oceanum primus omnium navigasset. Phi- 3
10 lippus, qui post Alexandrum Macedonem septimo gradu Macedoniae regnavit, invectus in Graeciam cum saeve dominaretur, a Sulpicio consule in Phocide victus est, mox a Flaminino in [Macedonia] Thessalia aput Cynoscephalas, ubi dato obside filio Demetrio regni
15 parte multatus est. Perses Philippi filius, cum ma- 4
ximis copiis Macedoniis * * et cum in Graeciam impetum fecisset, cum inanibus elephantorum simulacris a Marcio consule apud Ascuridem paludem victus, praecipitatis in mare thesauris profugit; mox ab Ae-
20 milio Paulo tota Macedonia fugatus Samothraciam confugit in asylum, unde data fide cum se Paulo commisisset, ante currum eius in triumphum productus mox libera custodia in Albano consenuit. Pseudo- 5
philippus, vir plebeius et degener, cum ex simili-
25 tudine formae Philippi filium se esse persuasisset et Macedonas in bellum excitasset, inter initia tumultus comprehensus sub custodia missus est Romam, ubi cum ex custodia aufugisset, concitata rursus Macedonia Thraciam bello recepit. In arce regni paluda-
30 tus ius dixit; mox a Caecilio Metello ingenti proelio victus, cum profugisset in Thraciam, a regibus deditus *est* et in triumphum deportatus.

XVII. REGES ET DVCES ROMANORVM.

Romulus, qui urbem condidit. Numa Pompilius,
35 qui sacra constituit. Tullus Hostilius, qui Albam diruit. Ancus Martius, qui leges plurimas tulit et Ostiam coloniam constituit. Servius Tullius, qui pri-

mum censum egit. Priscus Tarquinius, qui insignibus magistratus adornavit. Tarquinius Superbus, qui ob nimiam superbiam regno pulsus est.

XVIII. CLARISSIMI DVCES ROMANORVM.

1 Brutus, qui pro libertate publica liberos suos in-
2 terfecit. Valerius Publicola, qui propter eandem libertatem adversus Tarquinios bellum exercuit: idem
3 ius libertatis dando populum ampliavit. Manlius Torquatus, qui ad confirmandam castrorum disciplinam
4 filium suum interfecit. Quinctius Cincinnatus [item
5 Serranus], cui aranti dictatura delata est. Camillus, qui Senonum gente deleta [Gallorum] incensam ab
